

17.  
1. v.  
2. z.  
3. z.  
7.  
4. J.  
o.  
1.  
5. J.  
a.  
v.  
6. M.  
e.  
J.



C. 2. 2. 10  
662. /  
1748, 16  
OBSERVATIONES FEVDALES ET IVRIS  
GERMANICI AC FORENSES

DE  
IVRIBVS QVIBVSDAM

VIDVARVM MVLIERVM  
EQVESTRIVM

RATIONE  
AMITTENDI VITALITHI DOTALITHI

ITEM  
DE VERA NOTIONE VOCIS LEIBZVCHT DE DONATIONE  
PROPTER NVPTIAS PORTIONE STATVTARIA ET  
ADQVAESTV CONNVBIALI

QVAS  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO ET CELSISSIMO PRINCIPE  
AC DOMINO

DOMINO FRIDERICO  
HASSIAE LANDGRAVIO, RELIQ.

P R A E S I D E  
IOANNE GEORGIO ESTORE

ICTO CONSILIARIO REGIMINIS ET  
ANTECESSORE

PVBLICE PROPONET

A. ET R.

CHRISTOPHORVS TOBIAS SCHMID

FREYDENSTADIO WIRTEMBERGICVS.

DIE FEBRVAR. A. R. S. 1748.

M A R B V R G I  
TYPIS MVLLERIANIS.

GERMANIAE LIBERAE

REPUBLICAE

AD VIVENDUM

CONSTITUTIONIS

ARTICULUS VII

DE LIBERTATE CIVITATIS

ARTICULUS VIII

DE LIBERTATE CIVITATIS

ARTICULUS IX

DE LIBERTATE CIVITATIS

ARTICULUS X

DE LIBERTATE CIVITATIS

ARTICULUS XI

DE LIBERTATE CIVITATIS





OBSERVATIO I.  
DE VIDVAE NOMINIBVS.

§. I.



Si qua vniquam caussa difficilis est ad iudicandum, ac religiose pertractanda magnaue sanctitate gerenda; primo loco ponenda erit quaestio de iure cuiusdam viduae. Ita enim Deus optimus maximus *exodi* XXII., 21. sq., „viduam nullam, inquit, aut pupillum premito. Si prefferis, quum ad me con- querentur, eorum ego querelas exaudiam, iratusque ferro vos trucidabo, eruntque vestrae coniuges viduae et liberi pupilli. „ Vel vt lingua sacra commate 21. sq. dicitur: „vllam viduam aut orphanum non affligetis. Si affligendo afflixeris eam, tum, si clamando clamauerit ad me, audiendo audiam clamorem eius. Exardescetque ira mea, & occisurus sum vos gladio, vt fiant vxores vestrae viduae, & filii vestri orphani. „ Et *deuteronomii* XXVII. 19. sanxit: „ execrabilis, qui peregrini, „

*Causae viduarum diligentiissime ponderandae.*

*Praeceptum Dei.*

A 2 „ pupilli,

„ pupilli, viduae causam peruerterit. „ Vbi ארור  
*arur* omnes diras huius et futuri saeculi, cunctaque  
 mala animi ac corporis significat, obseruante IAC.  
 GVSSETIO in *commentario linguae sanctae* p. 98. Par-  
 ticipium מטהו *metu* vero denotat *incuruantem*, משפט *ius*.

## §. II.

*Diu Pauli inter vi-  
 duam probam et im-  
 probam dis-  
 tinctio.*

Cuinam vero viduae iura haec sint attribuenda,  
 definiuit diuus PAVLLVS I. *ad Timoth.* V. 5. sq.

## I.

„ Quae habet, ait, in Deo spem, vacatque supplica-  
 „ tionibus et precibus noctes ac dies. At deliciis in-  
 „ dulgens vidua, viuens mortua est „

## II.

*Id quod*

Voce χήρα Graeci vtuntur modo adiectiue, addito voca-  
 bulo γυνή, modo substantiue, HENR. STEPHANVS in  
*thesauro linguae graecae*, h. v. p. 515., IO. SCAPVLA  
 in *lexico graeco* p. 1811. Proprie illa vox *orbam* po-  
 tar. Inde χήρω, viduo, priuo, destituo.

## III.

*exponitur.*

Dixit apostolus sexto commate; ἡ δὲ σπαταλώσα, ζῶσα  
 τεθνηκε. In mente habet diuus PAVLLVS Hebraeorum  
 morem, quo mortuus adeo foedus est habitus, vt  
 cadauer non solum, sed singula eius membra rotum  
 polluerent conclaue, in quo cubabar, vna cum vasis  
 in ea repositis, rebusque, quae cadaveri iniicieban-  
 tur, IO. CHRISTOPH. WOLFIVS in *curis philologicis in X.  
 PAVLLI epistolas* T. 4. p. 38 sq. Vidua igitur  
 σπαταλώσα, luxui dedita ac prodiga, delicias agens  
 et impudica, est cadaveris instar.

## IIII.

## DE VIDVAE NOMINIBVS.

### III.

Viduarum ecclesiasticarum qualitates enarrauit IOSEPHVS BINGHAM *originum ecclesiasticarum* libro VII. cap. 4. §. 9. p. 109. fq. vol. III.

### §. III.

Nobis hic notat vidua mulierem, quae, mortuo *Quid vi-*  
suo marito, degit solitaria, vel vxorem, quae mari-  
to superstes est, nec alii renupsit. *dua?*

### I.

IAVOLENS quidem l. 242. §. 3. D. de V. S., LA- *Vnde vi-*  
BEON: M sequutus, viduam non solum eam dixit, *dua*  
quae aliquando nupta fuit, sed eam quoque mulie-  
rem, quae virum non habuit, quia vidua quasi ve-  
cors, vesana, quae sine corde aut sanitate esset. Simi-  
liter viduam appellari, sine duitate credunt PARDVLFH.  
PRATEIVS in *lexico iuris* p. 570. BARN. BRISSONIVS de  
V. S. h. v., A. A. T. MACROBIVS *lib. I. Saturnalium*, cap. 15.  
viduam distam cenfer, quasi valde iduam, id est, val-  
de diuisam. ISIDORVS HISP. vero libro VIII. *originum*  
cap. 8. „ vidua, inquit, vocata, quod sola sit, nec  
circa consortium alterius viri coniuga-  
lia iura custodiat. „ Placet haec originatio AEGIDIO  
MENAGIO *iuris civilis amoenitatum* cap. 39. p. 395. Et-  
enim *ies* est vnus. Inde *ires* et *ireos*, vnde viduus.

### II.

Quidquid sit, viduus et vidua sunt adiectiua, notantque *dicta?*  
orbem et aliqua re privatum, HADR. IVNIVS in *nomi-*  
*clatore* p. 474., MATTHIAS MARTINIVS in *lexico philo-*  
*gico* h. v. Hinc Gallis: *veuf*; priuatus seu orbis re  
aliqua. Ideo PAPINIO STATIO viduum lignum, idem,  
ac solum nudum denotat, CASP. BARTH. in *animaduer-*  
*sionibus* ad eundem tomo II. p. 136. fq. Alicubi haec  
vox viduum i. e. ab aliqua re iduatum sine diuisum in-  
dicat,

## 6 OBSERVATIO I. DE VIDVAE NOMINIBVS.

dicat, CHRISTIANVS BECMANNVS *de originibus linguae latinae* p. 546. IAC. SPIEGELIVS in *lexico iuris* h. v., IO. GOEDDAEVS in *commentario ad titulum de V. S.* p. 1222. n. 1. Interea PVBL. TERENTIUS *heauton. actu V. scena I.* in fine: „ non auderet, ait, haec facere „ *viduae mulieri*, quae in me fecit. „ Hinc ager viduus pecudibus, anni vidui, arbor vidua, domus vidua, lectus viduus, noctes viduae, pectus viduum, puellae viduae, thalamus viduus, virgines viduae in probatis latinae linguae scriptoribus memorantur, obseruantibus ac probantibus ROBERTO STEPHANO in *thesauro linguae latinae* tomo III. p. 1080. et IO. PHIL. PAREO in *lexico Plautino* h. v., IO. KER *selectarum de lingua latina observationum* libro II. h. v., NICOL. PEROTTO in *cornucopiis* fol. 143. b. An vero vidua genitium patiat, v. g. *vidua consulis*? hoc recte negavit FRANC. VAVASSOR in *antibarbaro* p. 609. Cui calculum adiecit IO. FRIDERICVS NOLTENIVS in libro vtilissimo, cui inscripsit: *lexicon latinae linguae anti-barbarum* col. 1807. In alia tamen abire videntur ARNOLD. DRAKENBORCH ad SILIVM ITALICVM p. 609. et IAC. PERIZONIVS ad *Sanctii Minervam* L. III. cap. 8. p. 320.

## III.

Quomodo  
Germanis  
vocata?

Gothis *widwo* vocabatur; Francis *widua*, testibus HADR. IVNIO in *glossario Gothico* h. v., IO. PHIL. PALTHENIO ad *Tatiani Alexandrini harmoniam euangelicam*. p. 315. et I. G. WACHTERO in *glossario Germanico*. col. 1920; Anglis a *widow*, vidua, *widow-hood*, viduitas; ABEL BOYER in *dictionnaire royal François - Anglois* h. v. Belgis *meduwe*. Inde Germanorum *wittwe*, Misnensium *wittbe*, *wittib*, ab antiquo, *wid*, vacuum. Hinc mihi haut placet IO. SCHILTERI coniectura *exercit.* 36. ad x. §. 71. p. 354., qui *wittum* deriuat a *widdemen*, destinare.

OBS. II.



OBSERVATIO II.

DE

VITALITIO EQVESTRIS MV-  
LIERIS VIDVAE.

§. III.

Vitalitii vox a Danis et septemtrionalibus peti- *Vnde vita-*  
ta, quibus significabant omne illud, quod viduae il- *litii no-*  
lustris, ad vitam sustentandam assignabatur. *men*

I.

Testimonia hac de re laudavit IO. AVGVST. HELLFELD P. III. *sive viduae*  
*iurisprudentiae heroicae Struivianae* p. 215. Utuntur *litii?*  
quoque iuris feudalis et Germanici interpretes voca-  
bulo *vidualitii* Compara perillustres VAL. FERD. L. E.  
DE GVDENVS *codicis diplomatici* T. II. p. 1166.

II.

Vox *equestris* notat personam ordini nobilitatis Germani- *Equestris*  
cae inferiori adscriptam, *quid?*

§. V.

Quumque Germania esset respublica militaris, *Necessitas*  
docente PRAESIDE in *observationibus feudalibus* p. 17. *eius.*  
adeoque maritus in proelio facile cadere posset; ad  
haec filia nullam portionem praedii auiti adipiscere-  
tur, iccirco a paterna hereditate exclusa, vel mariti  
demo-tui vel agnatorum liberalitate sustentare vitam de-  
beret, ne paupertas eius vitae dissoluta euadat in ma-  
gnum

gnum familiae malum, ac turpitudinis notam sibi inurendo, gentem mariti dedecoraret, praesertim quum honor mariti defuncti et gentis splendor curae cordique esset Germanis; cogitandum fuit de habitatione, victu et amictu, quibus vitam post mortem mariti vidua posse sustentare.

Quomodo  
maritus  
prosexerit  
uxori?  
Vernacula  
wittum.

I.  
Idque fiebat duplici ratione, vel donando ei v. g. praedium vel aliam rem, id quod dicebatur *morgengabe*, vel ei destinabantur redditus, iure usufructus Germanici, qui *wittum* dicti, seu, *wittem*, *wittemo*, *widimo*, BVRC. GOTTH. STRUVIUS parte II. *iurisprudentiae heroicae* p. 473. sq., illustris IO. ADAM. KOPF parte I. *der lebensproben* p. 194.

## II.

Anno 1420. in litteris T. II. *codicis diplomatici Gudeniani* p. 1257. dicitur *widem und widomsgut*: Apud IO. FRIDER. SCHANNAT p. 371. n. 620. *probationum clientelae Fuldenfis*: 4000. fl. *jerlicher rente und nutz verwi dempt bab - - und an seiner mutter statt verweist*, et p. 279. n. 221. anno 1408. : *nirgend konte bewiset werden wegen ihres libgedinges und morgengabe*.

## III.

Eius syno-  
nyma.

CORNELIVS VERO TACITVS de *moribus Germanorum* dotis nomen ei attribuit. Hanc denominationem retinere Germani et Galli, atque illam dotem, nunc *do-darium*, nunc *dotarium*, nunc *doarium*, nunc *doarium*, nunc *doerium*, modo *contra-dotem*, modo *dotis augmentum*, modo *arrham*, modo *viduitatis destinationem* modo *vitalitium* et Germanica lingua *leibzucht*, *leibgeding*, *verweis* nominarunt, testibus NIC. MYLERO AB EHRENBACH p. 284. sq. *gamologiae* et IO. AVG. HELFFELDIO parte III. *iurisprudentiae heroicae Struuianae* p. 207. sqq. Anno 1344.

DE VITALITIO EQVESTRIS MVLIERIS CET. 9

1344. Gerardus dynasta de Lanzrone nurui suae  
vidualitium destinavit his verbis: *han gemideyt*  
*na midemisrecht, si ir zar lyfzucht zu besitzzen*, T. II.  
*codicis diplomatici Gudemiani.*

III.

Gallis dicitur douaire, ce que le mari donne à la femme *Gallis et*  
en faveur du mariage, *Anglis*

Angli hodie vocant id *joynture, settlement.* *Joynture* ipsis *baut inco-*  
est precipit ou augment, pension viagere que le *gnitum*  
marie donne apres sa mort à la femme par contract *vitalitium.*  
de mariage. Hinc *to joynture a wife*, douer la fem-  
me. *To make a woman a joynture*, assigner douaire  
à vne femme, là douer.

*Settlement* a verbo *settle* ortum, notat, etablii, rendre  
stable, fixer. Hinc *settlement* (the settling a rent or  
estate upon one), constitution, erablisement d' une  
rente. Germanis *setzung, beyseß.* *Douer* etiam ap-  
pellant (or *joynture*) that which a wife has of her  
husband for her life, after his death: douaire, pen-  
sion viagere que le mari donne apres sa mort à sa  
femme, ABEL BOYER l. d. Olim enim, notante HENRI-  
CO SPELMANNO in *glossario archaeologico*, doarium effe-  
rebant per *douer.*

§. VI.

Indotatae igitur Germanorum vxores accipie- *Quid vita-*  
bant vitalitium, siue quantitatem redituum definitam, *litium?*  
vxori assignatam in casum mortis mariti, ne ei,  
quamdiu vidua foret, alimenta necessaria, pro sua  
dignitate, deficerent. Siue notat dotem, non quam  
vxor marito, sed quam maritus vxori, vi pristini  
Germanorum iuris, in solatium viduitatis offere-  
bat.

B

I.

## I.

Quilibet autem perspicit, non decere viduam, liberius vivere et rem familiarem negligere, aut nepotari, aut graccari, aut in diem vivere.

## II.

*Saxonum  
opinio.*

ICTi Saxonici censuere, indotatam succedere, secundum auth. *praeterea* et *weichbildum* art. 22., in quarta parte bonorum mariti et gerada. At curia Ienensis (*hofgericht*) pronunciauit, talem in tertia parte absque gerada et utensilibus succedere marito, MATTH. COLER parte I. *decis.* 60. n. 2. p. 290.

## III.

*Num de-  
beat in-  
dotatae?*

Debetur hoc viduae equestri et illustri, tamen si fortunae orbae, ac nullam marito dotem numerauerit. Est enim onus, deficiente allodio, et feudo et praedio genearchico inhaerens. Quamuis domino directo et adgnatis inconsultis hoc onus feudo nequeat imponi; hi tamen rogati, dissentendi non inueniebant causam. Quapropter ex more recepto, et vt vidua honeste sustentetur, dissentendi causam legitimam non habebant, si deficeret patrimonium allodiale. Hinc facile decidi potuit quaestio, PRAESIDI, ad respondendum de iure, missa: num successorem feudalem, et in praediis genearchicis, consentire oporteat, ad constituendum vxori indotatae, ab agnato in matrimonium ductae, vidualitium? Et quiuis animaduertit, illi in casum viduitatis deberi vitalitium; huius vero quantitas ex arbitrio successoris potissimum pender. GE. MELCH. DE LVDOLE *de iure feminarum illustrium* parte II. cap. I. §. 5. n. 2. p. 100. Interea si successor nimis durus foret in vxorem dote cassam, domini directi erit, ratione feudali et iudicis competentis, ratione praediorum stemma-

*Quid opus  
facto, si  
successor*

DE VITALITIO EQVESTRIS MVLIERIS CET. 21

ticorum, definire suo arbitrio, quantitatem annuam *consentire*  
vitalitii, v. g. tot numos vnciales pro victu annuo, *volit?*  
tot pro amictu, tot pro habitatione, tot pro famu-  
lilio, cet.

III.

Sin dos fuerit numerata, adiudicabit viduae quincunces *Sin vero*  
vsuras, imponetque pro necessitate, quae defunt, *uxor dotem*  
successori. *numeraue-*

V.

Poterit index etiam perillustres IO. VLR. DE CRAMER calculo *Quantitas*  
vii, quem iniit, *de aequitate quantitatis dotalitii.* *dotalitii.*

VI.

Ceterum tunc marito tunc viduae in mundo hic est con- *Actio quae*  
dictio ex moribus. Et, quia magnus alimentorum *nam vi-*  
fauor, breui via uti potest actor, quam vocamus *duac indo.*  
processum summarium, adeoque implorare iudicis *tatae?*  
officium, qui mandato, ut loquimur S. C., impel-  
lat morosum successorem, ad praestanda viduae ali-  
menta.

VII.

Bene calculum subduxit CAROLVS DE MEAN *in obser. Cur condi-*  
*uationibus ad ius civile Leodiense* P. I. obl. 13. n. 2 p. *Etio ex mo-*  
27. „ doarium hoc, ait, iure civili fuit incognitum: *ribus.*  
nec est enim donatio propter nuptias, „  
quae propter securitatem dotis; nec spon-  
salia largitas, quae a futuro sponso dabatur „  
sponsae; sed soluto matrimonio in Gallia doarium „  
datur pro alimentis. „ Neque successori proderit ex-  
ceptio portionis statutariae, ad quam delapsus est *Remouen-*  
IO. PETR. DE LVDEWIG *de dote mariti* p. 29. §. 9. Et- *tur du-*  
enim Germani, qui iure Saxonico non viuunt,  
ignorant eiusmodi portionem, equestri et illustri  
mulieri debitam. Id quod infra pluribus docebitur.

## VIII.

*bia.*

Neque successoris exceptio, nondum numeratae et in rem non versae dotis, vltius erit momenti. Siquidem antiquissimus et non obsoletus mos Germanorum pro actore verba facit. Namque in constituendo vitalitio, dotis, ab vxore numeratae, nulla habebatur ratio, illustri IO. ADAM KOPP parte I. *der Lebensproben* p. 220. Ergo indotatae debetur illud.

*Vidualitium non requirit dotem.*

## VIII.

*Illius usus hodiernus.*

Qui secus statuunt, ac vidualitium hodie cessare autumant; nae illi putant, equites oportere non pauperes sed diuites puellas in matrimonium ducere. Id quod absolum foret, si quis pauperes ideo spernere vellet, quum non tam diuitias, quam virtus sit spectanda. Apud Germanos mariti sibi vxores non tam opulentas, quam NOBILES et PVDICAS elegerunt, et virgines ac feminas nobiles non dotis et opum sed praecipue nobilitatis ac virtutis causa adpetierunt, docente IO. GOTTL. HEINECCIO in *elementis iuris Germanici* p. 163.

## OBSERVATIO III.

DE

## DOTALITIO.

## §. VII.

*Ab illo diuersum dotalitium.*

Quamprimum vero ius Romanum in aulas curiasque Germanorum sensim enetrauit; noua dotalitii species fuit fabricata, quae tamen numquam sustulit e medio vetus illud vidualitium,

I.

## I.

Prout patet exemplo vidualitii ab Amadeo VI. Sabaudiae Probatur.  
 comite Ioannae Burgundicae die VI. iunii anno  
 1347. constituti. Tabulae eius rei prostant apud I. DU  
 MONT du corps diplomatique parte II. p. 239.

## II.

Dotalitii quantitas vitalitii summam hodie superat. Quum Dotali-  
 tium viginti sit vitalitio, adeoque praedia *tium requi-*  
 rum feudalia tum stemmatica graviter oneret, quilibet *vit domini*  
 facillime percipit, successorum in praedio auito, et *directi ad-*  
 illorum ac domini directi opus hic esse consensu, do *sensum et*  
 cente illustri IO. ADAMO KOPP P. I. *der Lebensproben p. agnato-*  
 245. sqq. Firmo haec iis, quae leguntur in *tabu-*  
*rian.*  
 T. II. *codicis diplomatici Gradeniani p. 1149.,*  
 1166., 1207., et T. I. p. 860. et T. I. p. 1112. vbi  
 consensus domini directi quaesitus et datus. Agnato-  
 rum approbationem habes T. II. p. 1165. et succes-  
 sorum p. 1011. De dotalitii usufructu a domino di-  
 recto inaugurabantur viduae l. c. p. 1154. Huncque,  
 quamdiu viverent, alteri poterant locare aut cedere,  
 T. II. p. 1257. 1212. Plura exempla consensus do-  
 mini directi de dotalio feudali restantur tabulae ve-  
 teres apud perillustrem HENR. CHRIST. DE SENCKEN-  
 BERG fasciculo I. *metationum p. 93., 95. 96. 97. 98.*  
 Vsum hodiernum firmat imperatoris Leopoldi con-  
 sensus, anno 1668. Adamo Zedwitzio datus, qui  
 legitur apud IO. CHRIST. LÜNINGUM tomo XII. P. 2. p.  
 145. sqq. *des reichsarchivs.*

## III.

Idem quoque saeculo XVI. moris fuisse, restantur litte-  
 rae, quae leguntur in *der untersuchung wegen der ber-*

B 3

ren

dier- *ven von Hanau und der von Carben p. 420. Ex quibus patet, feudi dominum adfensum suum retinere, donec agnatorum voluntate dotalium sit constitutum: approbatione autem proximorum feudi successorum facta, dominum feudi adfensu suo comprobare solere dotalium.*

## III.

*ms.* *Vt vero manifestus error singulis pateat, quo putant, dote numerata, ac numeratione demonstrata, dotalium esse stabile, fixum et ratum sine domini directi et agnatorum consensu; faciam ut legas, quae in his regionibus extra Saxoniam, imreiche, sunt observanda.*

*Ich Ulrich von Rüdigkheim bekenne. - - Nachdem mich mein freundlicher lieber bruder Hamman von Rüdigkheim berichtet, welcher maassen er bey den wohlgebornen grafen und herren, auch derselbigen irer gnaden befehlhabern angesucht, das Hanauische leben so mir von wohlgedachten unser gnedigen herren zu leben tragen, betreffen, nemlich ein hoff zu Königsbaffen - - sambt fünfthalb gulden burck-geld zu Hanauwe und anderthalben gulden burgk-geld zu Ortenberg, dermaassen das er sein hausfrau uf solichen hoff geld bevydumen wölle, und aber ime wohlgedachte unsere genädige herren ohne meine bewilligung soliches nit vergünstigen wollen diewyl ich aber nit geneigt meinen brüdern in solichem zu hindern, thue ich hiermit - - verwilligung. Ist derhalben auch mein gemüt und meinung, als ob selbs bey wohlgedachter unserer gnedigen herrschafft angesucht ett ime solches gnedig zu vergünstigen - - 1550. uf samstag nach St. Marxtag.*

*Hierauf*



Hierauf ist dann auch eodem anno den 28ten april folgender  
 maassen vom lehnhoff consentiret worden: Wir Wilhelm  
 Graff zu Nassau - - und Wir Reinbart graue zu Solms  
 bekennen als curatores - - Nachdem der vest unser  
 lieber getreuer Hamman von Rüdigkheim uns fürbrachte  
 hat wie er sich zu der erbarn und tugendhaftigen Reginen  
 geborn von Fechenbach eelich bestattet, und demnach be-  
 dacht sey dieselbige - - uf einem hoff zu Königsbotten  
 - - so von uns als Hanauischen fürmundern unsern vet-  
 tern pfleg-sabnen und der grauehschafft Hanau zu leben rü-  
 ren - - mit unserer verwilligung zu verweylen, zu ver-  
 machen und zu bewittumben, mit undertheniger hilt - -  
 unser verwilligung - - darzu zu thun - - . Want nun  
 - - Vtrieb von Rüdigkheim uns in einem offnen brieff mit  
 seinem ufgetruckten hitzringk zu erkennen geben - -  
 das er in berürte verweyßung - - gewilliget - - So ha-  
 ben wir demnach - - zugelassen - - obgedachte Regina  
 von Fechenbach - - uf obgesetzten hoff - - - zu bewit-  
 tumben wie wittumbs-recht und landsbrauch ist, doch  
 das obbemeldte hoff und burggeld zu aller und jeder zeit  
 so oft und dick sich das eygnet und gepürt, empfangen,  
 verdient und vermannet werden sollen, doch so soll die-  
 se verwilligung sich nicht lenger erstrecken - - dann ge-  
 nannter Regina von Fechenbach lebenlang - - .

## V.

Idem docent nos litterae supplices Schenckiorum agnati-  
 que adprobatio l. d. p. 436.

Wohlgeborne graven, emern gnaden seind zuvor unsere un-  
 derthänig sculdig dienst zuvor, gnedigs berven. Nachdem ich  
 Otto die erbare und tugendbaste swaen Barbaren geborne  
 von Uffickhaym, meine freundliche liebe ebegemall auf al-  
 le güter, so unsere vettern - - desgleichen wir von E. G.  
 - - zu gesambten leben tragen - - mit euer gnaden ver-  
 will-

willigung zu bewiedumben bedacht; - - So bitten wir  
 - - gantz underthöniglich, Euer gnaden wollen hiezuo  
 gnedige verwilligung und verhängknuff geben, - - der  
 und aller anderer gnedigen erzeigungen thun zu euer gna-  
 den wir uns underthöniglichen verhoffen und euern Gnaden  
 underthöniglichen zu dienen, erkennen wir uns schuldig  
 - - 1549, auf samstag nach Nicolai.

E. G.

underthönige Tholde und Otto  
 Schencken zu Schweinsberg ge-  
 brüder.

In dieses suchen hat Philips Schenck also consentiret: Dem  
 wohlgebornen Grauen und herren, herrn Wilhelmen Gra-  
 uen zu Nassaw - - und Herrn Reinbarden Graffen zu  
 Solms meinen gnedigen herren, entbiet ich Philips Schenck  
 zu Schweinsberg meine underthönige schuldige dienst. Und  
 nachdem der edel und ehrenvest Otto Schenck zu Schweins-  
 berg amptmann zu Saleck, mein freundlicher lieber vet-  
 ter die erbare und tugendhafte frauē Barbaren geborn  
 von Uffigkheim - - auf alle güter, so von E. G. als Ha-  
 nauischen vormundern - - zu gesampthen leben  
 tragen - - mit E. G. gnedigen bewilligung  
 zu verweisen - - willens ist, bekenne ich hiermit - -  
 das ich - - in soliche verweysung - - gebelet - - Ge-  
 ben sambstags nach Nicolai, anno 1549.

VI.

Atque hoc iure vitmur in dotalitio, in praedio feudali con-  
 situendo. Neque stabile, fixum ac firmum est do-  
 talitium in praediis genearchicis sine proximi successo-  
 ris adprobatione. Eodem iure vitmur ratione vidu-  
 alitii constituti.

VII.

## VII.

Quum Germani, iuris Romani principiis postea imbuti, obseruarent dotem; primo obtutu, illam, in summa rerum Germanicarum ignoratione versantes, donationem propter nuptias adeoque hanc dotalium esse censuerunt; iccirco Adolphus rex Romanorum anno 1292. T. I. *codicis diplomatici Gudeniani*, promittentes, ait, - - nomine DOTALITII seu in DONATIONEM propter nuptias - - X. millia marcarum argenti. Quia vero donatio propter nuptias dotem, ab vxore numeratam, pro certo ponebat, Germanicae mulieres contra dotem marito non adferebant; ad fisiones leguleii conuolabant. Praeponebant sibi ante oculos animumque, munuscula illa, quae vxor marito adferebat, denotare dotem Romanam. Interdum tamen memores morum patriorum dotalium vocarunt DOTE<sup>m</sup> seu donationem, vti fecit imperator Ludouicus III. *fasciculo I. meditationum Senckenbergianarum* p. 96. Accedebat his, illa munera in dominium mariti pertranfire, nec vxori a marito restitui; ideo fingebant sibi cogitatione reditus, quos maritus vxori destinauerat, esse vsuras dotis et donationis propter nuptias. Cui non nulli adiciebant vsuras morgengabae.

## VIII.

Inde factum quoque, vt Wilhelmus III., Saxoniae dux, Catharinam Hesbergiam, Eberhardo Brandensteinio viduam, ducens vxorem, huic ipse dotem, quam non habebat, 20000. flor. et totidem in donationem propter nuptias dederit, ac postea dotalium 4000. flor. constituerit anno 1463., teste IO. SEBAST. MÜLLERO *annalium Saxoniorum* p. 35.

## VIII.

*Vnde vsu-  
rae bis dex-  
tantes, si-  
ue 20. pro-  
centenis?* Sed nouum dubium ICTos angebat Saxonicos, quum sibi persuaderent, nec dotem nec donationem propter nuptias, soluto matrimonio debere restitui; ideo noua rei imaginatione erat opus. Aequum enim esse, saeculo sexto et decimo censabant Saxonici ICTi, vt vxori, propter dotem non restituendam, decunces (decem pro centenis) vsurae, et ob donationem propter nuptias, pariter dextantes exsoluerentur vsurae, MATTH. COLER parte I. *decis.* 60. n. 11. p. 191., SAM. LVFFT in *repertorio iuris Saxonici* p. 682., CHRISTOPH. ZOBELIVS in *differentiis iuris ciuilibus et Saxonici* p. 406., quoniam dotalitium dotem plane absorberet.

## X.

*Graeco-  
nus, quod  
tamen* Ex quo orta paroemia: *reiche weiber machen arme kinder*, 10. NICOL. HERT *de paroemiis iuris* lib. II. par. 23. p. 618. vol. I. Haec effecta noui entis, videlicet hodierni dotalitii, quod modulo numeratae dotis metiri solent.

## XI.

*adproba-  
tum.* Fridericus Wilhelmus rex Borussiae in constitutione Neomarchica, anno 1724. promulgata, vsuras binas dextantes, siue XX. pro centenis in dotalitio adprobauit, 10. CHRIST. LÜNIG in *corpore iuris feudalis* T. 2. col. 392. fq.

## XII.

*Quid moris  
in terra  
Rhenensi?* Sed in prouinciis Rhenensibus generalis erat consuetudo, vt tum dos mariti tum vxoris, post coniugis fata ad dotantem redirent. Testantur hoc verbis disertis tabulae dotalis in *codice diplomatico Gudeniano* T. I. p. 899. Idem firmiter litterae l. d. p. 869. et T. II. p. 968.

## XIII.

*Dotali-  
tium cessat* Ceterum manifesto illi errore capti sunt, qui dotalitium per vitae dies viduae perdurare existimant. De hoc

hoc nullus dubitabit, si id expresse pactum fuit, ut *propter se-*  
 vidua, non obstantibus nuptiis secundis, illud reti- *cundas nu-*  
 neat, quoniam pacta dant legem contractui. In *ptias.*  
 tentio pacifcentium est, ut vxor habeat vidua, vn-  
 de se sustentet. Cessante itaque viduitate, cessat ra-  
 tio pacti. Nec est, quod dicas, dominos directos  
 consentientes loqui solere indefinite, ac velle, ut ad  
 vitae dies perduret dotalitium. At omnis consensus  
 istiusmodi intelligendus, rebus sic stantibus et in  
 hoc, de quo est sermo, statu permanentibus. Ces-  
 sante igitur viduitate, necesse est, ut expiret dora-  
 litium. *PRAESES de dotalitio propter secundas nuptias*  
*cessante.*

## §. VIII.

Est igitur hoc nouum dotalitium quaedam *Quid sit*  
 inter nobiles atque illustres vstrata redituum quanti- *dotaliti-*  
 tas, vxori in casum viduitatis, pro dote compensan- *um:*  
 da, adsignata. IO. AVG. HELLFELD l. d. p. 235.

## I.

Ex more veterum Germanorum id vocabant *dotare*, si *Dotare?*  
 maritus ob dotem numeratam vxori dotalitium con-  
 stitueret. *Codex diplomaticus Gudenianus* T. II. p.  
 968. et 970., 992., p. 1154. Ibidem quoque dicitur  
*vsusfructus dotis.*

## II.

Interim in quantitate dotalitii mire variarunt Germani, *Ex arbi-*  
 et quisque fere suo sensu abundabat. Hinc ista do- *trio cuius-*  
 ctina de vsuris quaternis quincuncibus, quadruplica- *uis pende-*  
 tas vocant, siue viginti pro centenis, tamquam re- *bat eius*  
 centioris aetatis partus, non vbique recepta. Et *quantitas.*  
 enim in pactis dotalibus Melchioris de Thann, e- *Vsurae*  
 quitis Franconici, anno 1491. conscriptis, dotalitii *quincun-*  
 quantitas definitur vsuris quincuncibus, apud magni- *ces.*  
 ficum

*Pro LXX.  
promit-  
tuntur C.*

*Bis decun-  
ces equestri  
viduae tan-  
tum ad-  
scripsere  
Saxones.*

*Differen-  
tia dotali-  
tii et vi-  
dualitii.*

*Modus v-  
suarum  
dotalitii  
expenti-  
tur.*

*20 pro cen-  
tensis.*

ficum 10. ADAM. KOPP l. d. p. 257. Anno 1272. Elisa-  
betæ de Eppenstein, Robini de Couern vxori, quæ  
numerauerat dotem 70. marcarum, constituitur a  
a socero *dos* (dotalitium) centum marcarum, T. I.  
*codicis diplomati: Gudeniani* p. 739. Maximilianus I. ele-  
ctor Bauarus anno 1635. coniugi suæ Mariæ Annæ  
Austriacæ quincunces promisit vsuras ratione fortis  
250000. fl. DV MONT l. d. tomo VI. P. 1. p. 112., hac  
lege, vt testari queat vidua de illa sorte, dote vide-  
licet, donatione propter nuptias, et morgengaba.

## III.

Auctor est 10. HENR. NEUVENHAN *de iuribus ac privilegiis  
viduarum* p. 104., equestribus, non vero illustribus  
personis solui vsuras decunces. Qua de re infra.

## III.

Differunt ergo vidualitium et nouum istud dotalitium  
multis modis. Namque illud nullam requirit dotem  
illatam. Hoc sine dote numerata haud consistit.  
Vidualitii quantitas est arbitraria. Dotalitii quanti-  
tatem metiuntur ex summa dotis illatæ donationis-  
que propter nuptias, quam Saxones quaternis  
quincuncibus (quadruplicatis) definiunt vsuris. Id  
tamen negari haut potest, dotalitium sæpenumero  
vocari *wittum*, *bewittumen*, *bewidmung*.

## V.

Quomodo vero illustres hac in causâ fuerint versati, fe-  
quentia docent exempla. Quum anno 1519, Ioan-  
nes dux Saxoniae Wilhelmi medii Hassiæ landgra-  
uii filiam, Elisabetham, in matrimonium  
duceret, dos erat 25000. fl., donatio vero propter  
nuptias consistebat in 5000. fl. annuorum reddituum.  
MÜLLER l. d. p. 72.

## VI.

DE DOTALITIO.

23

VI.

Ioannes Fridericus elector Saxo Catharinam Austriacam ducturus, sibi fuerat stipulatus dotem 200000. fl. 6. pro centis erga dotalitium 12000. fl. MÜLLER l. d. p. 72. Licet tenis. postea Catharina ruperit sponsalia.

VII.

Anno 1541. Mauritius, postea elector Saxo, Agnesae Hassiacaee erga dotem 25000. numorum vncialium, 14. pro et totidem in donationem propter nuptias, dotalitentis. tium 7000. numorum vncialium destinavit, MÜLLER l. d. p. 96.

VIII.

Io. Fridericus II. Gothanus Sibyllae Palatinae erga dotem 32000. fl. et donationem propter nuptias 32000. fl., 10. pro attribuit a. 1560. annuos reditus 6400. fl. centenis.

VIII.

Albertus fortis Saxo vxori suae Annae Austriacae anno 1449. loco dotis et antiphernae 60000. aureorum 10. pro Hungaricorum, dotalitentis. conftruit 6000. aureorum centenis. Hungaricorum, 10. IOACH. MÜLLER in Staats cabinet, P. 4. p. 328.

X.

Albertus Fridericus Brandenburgicus, morem et usum Germanicarum aularum hac de re laudans, a Maria Eleonora Cluensi dotem acceperat 25000. fl. Donauerat coniugi propter nuptias 25000. fl., pro 10. pro miseratque ei 5000. fl. loco dotalitentis. anno 1572. centenis. IVST. CHRIST. DITHMAR in codice diplomatico ad Te-schenmacheri annales Cluinae n. 130. p. 190.

XI.

Fridericus Wilhelmus elector Brandenburgicus anno 1646. Louisae Arausionensi propter dotem 25000. 40. pro cententhr. tenis.

C 3

## OBSERVATIO III.

rthlr. et antiphernam 25000. rthlr. dotalitium esse  
voluit 20000. rthlr. DV MONT T. 6. P. I. p. 355.

## XII.

Mos Pala-  
tinorum.

7 $\frac{3}{4}$ . pro  
centenis.

Quum Philippus Ludouicus Palatinus anno 1574. duce-  
ret Annam Iuliacensem in tabulis dotalibus apud  
DITHMARVM l. d. n. 131. p. 193. ita statuit: *der*  
*25000. fl. beyratsguts. - und 25000. widerlag ver-*  
*weisen. Und ob wol bey der Pfaltz gebräuchlich, daß*  
*nicht mehr von 100. denn 5. fl. in solchen fällen jährl-*  
*cher zins entrichtet werden; so haben wir doch -*  
*3800. fl. - - jährlcher nutzung und gefäll gemacht.*

## XIII.

7 $\frac{3}{4}$ . pro cen-  
tenis.

Eadem leguntur in tabulis dotalibus Ioannis Palatini Bi-  
pontini et Magdalenaë Iuliacensis, anno 1579. scri-  
ptis apud DITHMARVM l. d. n. 152. p. 196.

## XIII.

Vfus

Badensis  
domus.

38. pro cen-  
tenis.

Pacta dotalia, quae anno 1586. inierunt Philippus Baden-  
sis et Sibylla Iuliacensis haec habent: *Und obwol*  
*beyder marggraffschafft Baden gebräuchlich, daß von*  
*100. nicht mehr denn 5. in solchen fällen jährlcher zins*  
*und abnutzung gereicht werden. Voluit tamen, vt er-*  
*ga dotem 2500. aureorum et tantae summae dona-*  
*tionis propter nuptias, vidua acciperet 3800. fl.,*  
DITHMAR l. d. n. 133. p. 199.

## XV.

10. pro cen-  
tenis.

Wilhelmus Anhaltinus Sophiae Augustae Nassouicae an-  
no 1695. erga dotem et donationem propter nup-  
tias 40000. rthlr. dotalitium 4000. rthlr. spondit.  
10. CHRIST. LÜNIG. parte spec. des reichsarchivs cont.  
II. abth. V. p. 88.

## XVI.

5. pro cen-  
tenis.

Anno 1678. Fridericus Magnus, comes Castellae, Susannaë  
Ioannaë Oettingehsi promisit erga 8000. fl. dotem  
er



et antiphernam, praeter alia 400. fl. loco dotalitii. LÜNIG in *spicilegio saeculari des reichsarchivs* p. 156. Vt alia taceam, quae leguntur parte III. *iuris prudentiae heroicae Struuianae* p. 416. sqq.

## XVII.

Michael iunior dynasta Schwarzenbergicus anno 1479.

sponsae suae, comiti de Castell, donans propter nuptias quingentos florenos et pro morgengaba mille florenos, constituit ob sortem dotalitii duorum millium florenorum 6 $\frac{1}{2}$ . p. c. vt inde se sustentaret. LÜNIG T. XI.

cont. II. suppl. p. 51. Philippus Solmenis comes

Annae Teclenburgicae a. 1534. stipulatus est

erga dotem 6000. fl. et donationem propter nuptias

6000. vsuras quincunces loco dotalitii, addita habita-

tionem aliisque commodis, LÜNIG tomo XI. abth. V.

p. 306. Henricus comes in Waldburg anno 1550.

promisit Catharinae Friendsbergicae pro dote,

antipherna et morgengaba vsuras quincunces, LÜNIG

tomo XXIII. *spicil. saec.* p. 1419. Christianus Wal-

decciae comes anno 1604. constituit, vt sponsae do-

talitium essent 18000. fl. et vsurae 900. fl. adeoque

nuptias 12000. fl. Anno 1499. Botho comes Stol-

bergicus Annae Koenigsteinensi comiti dotem 500.

aureorum sibi numeranti, donat 500. aureos propter

nuptias, et vsuras viduae adscripsit 500. aureos, LÜNIG

l. d. T. XI. p. 321. vsurae LVNIG l. d. p.

1436. sq.

## XVIII.

Praetermitto excerpta Hortlederiana apud GE. MELCH. DE

LVDOLF *de iure feminarum illustrium* appendice III.

p. 39. sqq. et IO. IAC. MOSERVM *des Teutschen staats-*

*rechts* parte XXI. p. 39-558., qui cuncta secundum

domorum illustrium seriem digessit, et §. 77. parte

XXII.

6 $\frac{1}{2}$ . pro  
centenis.

Alia ex-  
empla

5. pro cen-  
tenis.

Compho-  
exempla.

*Moseri  
sententia.*

XXII. p. 77. dixit, in aulis electorum ac principum  
vt plurimum consistere id in binis decuncibus siue vi-  
ginti pro centenis, apud comites vero sortem dotis  
ferre quincunces, et summam donationis propter  
nuptias pariter quincunces, adeoque perfolui viduis  
decem pro centenis.

## XVIII.

*Firman-  
tur dicta de  
dotalitiis  
equestri-  
bus.*

Ne quis tamen dicat, me illustria tantum dotalitii ex-  
empla atulisse, vnum equestre adhuc peram e Sue-  
uia, et alterum e Franconia. Anno 1530. Rein-  
hartus de Neuhausen cum Margareta de Werde-  
nau ita pactus est de dotalitio, vt dos esset 65. fl.  
annuorum redituum, 1300. fl. redimendorum, anti-  
pherne autem 1300. fl. et morgengaba conficeret 400.  
fl., in summa 3400. fl., de qua sorte quincunces vsu-  
rae forent viduae exsoluendae. Relicta Sueuia in  
Franconiam transeo. Lege interea de illo exemplo  
LÜNIGIVM l. d. T. XII. P. 1. p. 473. Adamus de  
Zedwitz coniugi suae Mariae Brigittae de Guttenberg,  
cuius dos erant 1200. fl. et 500. fl., pro vestimentis,  
anno 1668. dedit pro antipherna 2400. fl. et pro  
morgengaba 500. fl. His omnibus in sortem com-  
putatis promissae sunt viduae quincunces vsurae. LÜ-  
NIG l. d. p. 146.

## §. VIII.

*Dotali-  
tium non  
intelligi-  
tur sine  
dote. Se-  
cus in vi-  
dualitio.*

*Consutan-  
tur dissen-  
tientes.*

Quum dotalitii quantitas definienda, dotis donationis-  
que propter nuptias rationem habent rerum forensium  
cultores. At in vidualitio nulla et dotis numeratae  
et donationis propter nuptias habetur ratio. WOLFG.  
ADAM. LAVTERBACH vol. II. *consilio* 163. n. 6. p. 901.

## I.

Nimis cruda ergo est philosophia BENEDICTI CARPZOVII  
L. 4. *responsio* 20. n. 16. p. 804. aliorumque, existi-  
mantium

mantium, ne alimenta quidem deberi viduae, nisi dotis illatione demonstrata.

## II.

Minus accurate hi, Saxonum opinionem esse regulam, *Ratione vitalitii.* aiunt. Quis crederet, viduae ne alimenta quidem deberi, si dotem nullam numerauerit, quod tamen

NIC. CHRIST. L. B. de LYNCKER *responsio* 145. recte adfirmavit, ac viduae haec deberi, bene contendit.

Vbi vero de dotalitio, ad modulum Saxonicum dimenso, est sermo, lubens concedo, illud non deberi, nisi demonstrata dotis illatione, prout docere praeceptor pie colendus WOLFG. ADAMVS SCHOEPEFF *decisione* 177. n. 13. p. 937., et *decisione* 217. n. 12., FERD. CHRIST. HARTPRECHT *responsio* 85 n. 179. sqq., p. 533. IOAN. NIC. HERT *responsio* 175. et 593. n. 2.

## III.

Nec obest mihi, quod dotalitii vox iam anno 845. in *Remouetur concilio Meldonenſi* occurrat, apud 10. HARDVINVM *dubium*, in *actis conciliorum* tomo IIII. col. 1494. Leguntur ibi haec: „ raptores virginum et viduarum, *quod*

qui etiam postea voluntate parentum „ eas quasi desponsantes sub DOTALITII nomi- „ ne in coniugium duxerunt. Inde sua hausit GRATIANVS can. 10. *caussa* 36. *quaest.* 2. Dotalitii mentionem quoque facit cap. 15. X. *de foro competenti*, cuius auctor est HONORIUS III., qui pontifex erat ab anno 1216-1227. saeculo XIII., eiusque aetate iam regnabat ius Romanum in foro. Dotalitii quoque mentio fit in cap. 4. X. *de donationibus inter virum et uxorem*, de quo infra. Fac, patres Meldonenſes, saeculo VIII., congregatos, vidualitium Germanicum intellexisse; certum tamen est, tum Clementem III. tum Honorium III. pontifices, nouam  
D illam

illam dotalitii speciem in mente habuisse, perhibente EMANUELE GONZALEZ TELLEZ in *commentariis ad X. L. 4. tit. 20. c. 4. p. 295.* et tomo II. p. 90. n. 6. Glossa enim tradit, per dotalitium hic intelligendam esse donationem propter nuptias.

## III.

*Vidualitii  
usus bo-  
diernus.*

Ex quibus tamen non consequitur, ut vitalitium a dotalitio sit in fugam actum. Vigere illud atque usui frequentari, testis est WOLEG. ADAMVS LAVTERBACH vol. II. *consilio* 163. n. 3. p. 901. Adde 2. *feud.* 58. pr.

## V.

*Non ob-  
stante dote  
numerata,  
cessat tu-  
men ob nu-  
ptias se-  
cundas  
dotalitium  
et viduali-  
tium.*

Quamprimum vidua alteri nubit, vidualitium cessare, nullum est dubium. De dotalitio propter secundas nuptias cessante multa lis inter iurisperitos. Halenses Icti, dotalitium semper absorbere dotem, adfirmaverunt. PRAESES vero de *dotalitio propter secundas nuptias cessante* §. 50. et 58. hoc negavit, fecitque viduae licentiam, dotem reperendi. Cui adsentitur IO. IACOBVS MOSER parte XXVI. *des teutschen staatsrechts* cap. 136. sect. 5. §. 35. p. 18.

## VI.

*An extra  
Saxoniam  
dotalitium  
etiam ab-  
sorbeat do-  
tem?  
Affirmant  
id prag-  
matici.*

Quod ut rite intelligatur, sciendum, dogma illud quod dotalitium dotem absorbeat, etiam in provinciis iuris Alamannici radices egisse, testibus WOLEG. ADAMO LAVTERBACHIO l. d. n. 6., et de *donatione propter nuptias* §. 48 n. 3. p. 1433. vol. II. *dissertationum*, FERD. CHRISTOPH. HARPPRECHTO *responsio* 78. n. 129. sqq. p. 380. vol. IIII, WOLEG. ADAMO SCHOEFFFIO patrone meo venerando, *decisione* 177. n. 24. p. 939.

## VII.

*Quomodo  
meritus*

Quum vero vxori optio detur: velint dotalitio frui, an dotem repetere? GABRIEL SCHWEDER *consiliorum Tu-  
bingen-*

*bingensium* vol. VI. p. 247. n. 54; manifestum est, *dotis intel-*  
*hanc optionem* semper ita, rebus in eodem statu vidui- *ligendus?*  
*tatis permanentibus*, esse intelligendam. Cessante  
 enim causa, cessat effectus. Et licet dotalitium ob *Iusta dota-*  
*versam* in feudum dorem, onus feudi habeatur. GABR. *litii quan-*  
 SCHWEDER l. d. p. 248. n. 56. ibique complures lau- *titas an-*  
 dati; et illud intra modum consistere dicatur, quum *nua ex*  
 de dote quincunces usurae ac totidem de antipherne *mente prag-*  
 viduae exsolvantur, LAVTERBACH vol. III. *consilio matico-*  
 289. n. 24. p. 799. nihil tamen impedit, quo minus *rum.*  
 dotem postea, secundo nubens, repetat. Tacita *Demon-*  
 promissio viduitatis, quum dotalitium eligeret, *stratur, vi-*  
 ipsam non obligat. Neque successorem in feudo de- *duam se-*  
 cer, ut dotem lucrando, cum damno viduae fiat lo- *cundo nu-*  
 cupletior, neque hanc oportet, oneri esse feudo, in *ventem ma-*  
 percipiendo dotalitio post secundas nuptias. Con- *rito, dotem*  
 tenta sit sua dote, et quae ultra alimenta necessaria *posse repe-*  
 ac fortem dotis accepit, restituat. *tere.*

## OBSERVATIO III.

DE

SIGNIFICATV VOCIS LEIBZVCHT  
 QVVM DE DOTALITIO  
 AGITVR.

§. X.

Hinc facilis ad decidendum quaestio, a mar- *An vox*  
 chione (marquise) B. DE C \*\*\*\*\* PRAESIDI propo- *leibzucht*  
 ta: „vtrum dotalitium, quod in tabulis dotali- *significet*  
 bus *leibzucht*, *vsufructum*  
*lyftogt* vocatum, denotet *vsufructum*,  
 Romanum? „ *etum Ro-*  
*manum?* „ *manum in*  
*caussa do-*  
*talitii?*

D 2

I.

## I.

*Historia  
litis.*

Lis maximi momenti agebatur hac de re anno R. S. clo lcccxxxiiii. in curia suprema Bruxellensi, atque iusserat haec, actorem probare, vocem *leibzucht* nihil proprietatis apud Germanos tribuere illi, cui est destinatus, (*die leibzucht*) sed illam ex mente marchionis apud Germanos notare vsumfructum Romanum. Vbi ante omnia inuestigandum: cur iudex ad ferendam hanc sententiam motus fuit? Sane non ideo, quod animaduernerat, veteres Italorum, Germanorum Gallorumque ac Belgarum ICTOS modulo legum Romanarum mensos esse dotalium, sed quod secundum Belgarum mores vxor doerii proprietatem nanciscitur.

## II.

*Enarratio  
facti.*

Faciam, vt legas factum: „ C'est vn procès, qui m'est „ de la derniere importance, et qui ie poursuis de „ puis bien des années au souverain conseil de Bra- „ bant, et dont la decision depend de l' intelligence „ du mot *leibzucht*. Je ne puis manquer de gag- „ ner ma cause, si vous croiés que le mot *leibzucht* „ signifie vn simple vsumfruit dénué de toute espece de „ propriété. „

## III.

*Offenditur  
significa-  
tus.*

Iam vero vocabulum *leibzucht*, Hollandis *lystogte*, vel dotalium vitaliumque, denotat vel vsumfructum. Priorem significatum offendimus libro III. art. 75. *des Sächsischen landrechts*: *an eigene ist recht leibzucht der vrowen - - und an lene nicht*. Testificantur eundem significatum IO. SCHILTER *exercitatione ad* „ §. 73. p. 155. , PAVLLVS MATTHIAS WEHNER *practicarum observationum* p. 338 sq. IO. RÜDINGER *observationum iuris cameralis cent. III. observat.* 46. p. 614. sq.

sq., CHRISTOPH. BESOLDVS in *thesauro practico* voce *leibgeding* p. 581. ET WOLFG. ADAM. LAVTERBACH VOL. II. *consilio* 163. n. 4.

## III.

Vsumfructum autem significat haec vox in *der reforma. Leibzucht* *tion der Stadt Francfurt am Main* parte V. tit. 8. §. *interdum* II. vbi de vsufructu coniugis superstitis est sermo, *notat* *wiewol - - das leibzuchtrecht so lang weret, als der vsufructu-* *leibzüchter im leben, §. 5. 6. dicitur der vsufructua. tum,* *rius und leibzüchter. Eadem huius significatio in der* *Sohnsischen landesordnung II. th. tit. 28. §. 2. Sed* *de his mox plura.*

## V.

Iam, priusquam progredior, dabo operam, vt de Belgarum iure hoc de argumento te reddam certio- rem tibi persuadeas, quaestionem, PRAESIDI propo- sitam, fuisse Domitianam. Verba pro me faciet ANTONIVS MATTHAEI ICIVS Belga, parte II. *observatio-* *num rerum indicatarum, obs. I. p. 50. sq. num.* *103. - 108. In Germania enim, inquit, vbi dicitur non* *doerium, sed doeritium, vsufructus tantum tran-* *sit, non autem proprietas, vt et alibi in Belgio, et Gallia* *GYDELINVS de iure nouiss. 8. in f. Superuita etiam dicitur* *et dotarium in Gallia, vbi et transit DOMINIUM* *multum* *saltem multis in locis, GUIDO PAPA dec. 524. et seqq. transfert* *EVERHARDVS conf. 217. n. 5. ARGENTRAEVS ad consuet. proprietat-* *Britann. art. 404. pr. Verum quid si ergo vir vxor-* *tem,* *si doarium rerum constituat, quae sunt sitae in Ger-* *mania, eritne dominium, an vsufructus vxoris? Quid si* *Et dicendum vsufructus, nisi forte vir voluit, vt* *transfereat dominium. Nam et quisque est suae rei* *moderator et arbiter, et prout ipsi placet, de ea* *potest disponere, L. 21. C. mand. Nec semper et* *iam apud nos constituto doerio eius transit dominium, doarium?*

D 3

Transit

*In Belgio  
transit pro-  
prietas nisi  
aliter con-  
uentum.*

*Respicien-  
dam ad lo-  
si cuius-  
que statu-  
ta.*

*Si conuen-  
tum, ne  
transcat  
proprietat;  
hoc valet.*

*Vltraieße  
doerium  
est vsusfru-  
ctus.*

Transit, nisi expresse contrahentes tantum pacti sint vsusfructum praediorum, aut certae partis bonorum. Si nihil pacti, sed simpliciter constituent tantum doerium, *transit proprietat*, nisi sint res ibi sitae, vbi, si nihil dictum, transit tantum vsusfructus. Statutum enim de dotalitio est statutum reale, et proinde si sint res in diuersis territoriis, ex cuiusque consuetudine veniet aut dominium aut vsusfructus doerii, *BVRGVNDVS ad consuet. Flandr. tr. i. n. 50. et seqq. et tr. 2. n. 10.* Nisi alia fuerit mens et sententia contrahentium, arg. *L. i. ff. de pact.* Nam etsi in Germania vsusfructus tantum transeat, si tamen pacto ita cautum, etiam transit dominium, et contra hic vsusfructus, si expresse ita placuit. Nisi tamen, quod notandum, statuto expresse cautum, ne dominium transferatur. Tum enim non transferetur, etsi forte quis voluit, vt transfirer dominium. Nemo enim statutum potest pactis euertere, *L. 38. D. de pact., L. 27., L. 45. §. 1. D. de reg. iur.* aut pacto quicquam disponere, quod statuto contrarium *L. 15. §. 1. D. ad L. Falc., L. 55. D. de legat. l.* praesertim si statutum quid prohibeat aut vetet. Vnde et si ponamus, quod tale sit statutum in Germania aut alibi, et constituatur hic doerium rerum, quae ibi sitae, non transibit dominium, etsi id ita voluit, qui doerium constituit. Et ita, verbi gratia, quamuis coniugi hic relinqui possit rei proprietat, valet tamen nihilominus, si non rei proprietat, sed vsusfructus relinquatur, quia nullibi statuto, id reperitur prohibitum. Sed contra *Vltraieße*, vbi mutuum vsusfructum tantum licet relinquere, si relinquatur proprietat, quod relictum non valet, arg. *L. 5. C. de LL., costuymen van Uytrecht rubr. van bouwehyeksebe voorwarden*, art. vii. Ceterum et si non possit pacto statutum euerti, si pacto tamen

CAUTUM,



DE SIGNIFICATV VOCIS LEIBZVCHT CET. 31

cautum, vt transfret proprietas, et quidem rerum, quae ibi sitae, vbi obstat statutum, heres tamen, quia aequum, vt praester factum defuncti, a quo; capit emolumentum, L. 149. D. de reg. iur., ad id, quod interest, potest cogi, aut alioquin vt quiescat, nec facessat negotium, BVRGVNDVS d. tr. 1. n. 45. et seqq. et tr. 5. n. 25., CHOPPINVS de moribus Paris. L. 2. tit. 2. n. 11. ARGENTRAEVS ad consuet. Brittan. art. 218. gl. 6. n. 38., RODENEVRCH, de iur. quae oriuntur e statu diuers. tit. 2. part. 1. c. 4. n. 8., WASSENAER pract. notar. cap. 16. §. 49. Nam et ita dicendum, cum placuit, vt contrahatur bonorum omnium communio, eorum etiam, quae sunt ibi, vbi tantum in vsu est, solius quaestus communio, CHRISTINAEVS ad leges Meehlin. tit. 9. art. 11. n. 12. in addit. GORIS aduersar. tr. 1. cap. 6. n. 17., ARGENTRAEVS consuet. Brittan. art. 418. gl. 6. num. 2., KINSCHOT resp. 94. qu. 1.; WASSENAER pract. notar. cap. 16. §. 45. Sed ponamus etiam; quid si is, qui contraxit hic matrimonium, mutato post domicilio discedat in Germaniam, an simpliciter tantum pactis constituto doerio habeat proprietatem, an vsufructum dumtaxat. Et dicendum proprietatem, quod videatur respexisse ad statuta et leges loci, vbi nuptias contraxit. Vulgo enim contrahentes creduntur id voluisse, quod volunt leges loci, vbi contrahunt matrimonium, nisi postea ab iis iterum, cum id possent, per leges loci, quo transulerunt domicilium, non inuii recesserint, et hoc possit probari, BVRGVNDVS ad consuet. Flandr. tr. 2. n. 11., RODENEVRCH de iur. qu. or. e stat. div. tit. 2. part. 2. c. 4. n. 5., CHOPPINVS de moribus Paris. lib. 2. tit. 2. n. 2. Laudat in id ipsum CHOPPINVS ad LL. Andegauenf. lib. 3. cap. 2. tit. 2. n. 4. arrestum quoddam vetus anno 1329. de Petragorico, qui vxor-

Quid si  
quis con-  
traxit ma-  
trimonium  
in Belgio,  
et coniuges  
migrant in  
Germaniam?

tem

*In Belgio  
exulat doë-  
rium ex  
consuetu-  
dine.*

rem cum duxisset Luteriae, mutato eam domicilio Petragorios traduxerat, vbi nulla inter coniuges bonorum societas. Quam obtinuit tamen vidua ex moribus Parisiorum, vt ex eo etiam notat et obseruat MORNACIVS ad L. 55. D. de iud., vbi et aliud habet, quo vidua coniugali societate apud Parisios prorsus excidit, quod apud Cadurcos contraxisset matrimonium. Sed quantum ad dotalitium loquor iam de mobilibus, aut saltem de dotalitio, quod constitutum in genere, vt, si ponatur, quod contraxerit hic matrimonium Germanus, et doërium constituerit 10. millia florenorum; decem millium proprietatis non vsufructus debebitur. Sed consuetudinarium doërium cum mores nostri ignorent, quid si pactis contrahentium de doërio nihil cautum, et habeant tamen immobilia ibi, vbi id vsitatum, an non quia, vt iam dixi, statutum de dotalitio est statutum reale, MORNACIVS ad d. l. 65. ex regionis consuetudine haec habebit superstes; quaestio est anceps. Et videtur tamen rectius dicendum, quod non. Nec enim ibi, vbi nulla bonorum viger communio, si quis contrahat matrimonium, protinus etiam communicat ea praedia quae ibi sita, vbi viger, et vsitata est, RODENVRCH de iur. qu. or. e stat. div. tit. 2. c. 5, n. 15. Praeter mentem hoc esset et intentionem contrahentium, et non potest etiam credi, quod legislator beneficium, quod subiectis tantum concessit, in dubio etiam voluerit ad quosuis exteros porrigi, CAR. DE MEAN. ad ius Leod. parte 1. obs. 55. n. 14. seqq., MEVIUS ad ius Lubec. parte 2. tit. 2. art. 10. n. 41., RODENVRCH d. tr. parte 11. tit. 2. cap. 4. n. 5. Quod autem dixi de doërio, idem dicendum etiam de dono matutinali, quod morganghebam appellant.

§. XI.

## §. XI.

Ego, si quid video, ANTONIVM MATTHAEI RE- *Approba-*  
 ste calculum subduxisse, censeo, quippe qui nega- *tur doctri-*  
 uit, in Germanico dotalitio viduae proprietatem at- *na Mat-*  
 tribui. Num vero vsufructuaria sit illa secundum *thaei, si*  
 leges Romanas? Et hoc negandum duxerim. Sal- *notionem*  
 tim e litteris clientelaribus, quas foras edidit io. *vsufructus*  
 excepervis.

IOACH. MÜLLER parte IIII. des staatscabinets cap. II. von *Germani*  
 leibgedings lehnem p. 29. - 52. manifestum est, viduas *viduae v-*  
 et illustres et equestres dotalitio inuestitas esse a do- *sumfru-*  
 mino feudi hac lege: *als solcher güter recht und ge-* *ctum Ger-*  
*vohnheit ist.* Et vix auderem, adfirmare, hanc *manicum*  
 inuestituram merum vsufructum tribuisse viduae. *tribuere.*

Dominium accepit vtile dotalitii, quamdiu esset  
 vidua. Compara praeceptorem pie suspiciendum  
 CHRIST. FRIDER. HÄRPPRECHTVM de vsufructu ac do-  
 minio vtili obseru. VI.

## I.

Nec perspicio per discrimen inter *leibzucht* et *leibgeding* *Nullius*  
 rem confici est. Namque plura huius rei argumenta *momenti*  
 laudare possum, ea non differre. Dicere ante om- *distinctio*  
 nia quocum M. ACCIO PLAVTO in *Ambitruonis* inter *leib-*  
 act. II. scena II. p. 192. *geding et*

Mihi quoque assunt testes, qui illud, quod ego di- *leibzucht,*  
 cam, assentiant.

Testes cieo io. GOTTL. HEINECCIUM l. d. p. 396. et  
 illustrem io. ADAM. KOPP P. I. l. d. p. 221. E German-  
 norum tabulis ac litteris obseruavi, illos vocibus *leib-*  
 geding, *leibzucht* et *mittum* promiscue fuisse vsos.  
 Ita enim Ioannes Fridericus septemuir Saxo anno  
 1542. constituit: *und wer um ein leibgeding seines weibs*  
*ansucht, der soll, was sie zur ebesteuer einbracht, ei-*  
*gentlichen sehein, auch, do die verleibzüchtigung übere-*  
*landt-*

*Quod pro-*  
*batur.*

## E

landsgebrauch geschehen soll, seiner mitbelebten bewillig g. fürbringen, 10. CHRIST LÜNING T. II. corporis iuris feudalis col. 776. Christianus antistes Mindenensis, in tabulis, anno 1624. datis, dotalium in feudo constituto, ita confirmavit: mit dem amt Stadbagett - - zur gewissen leibzucht - versehen - - dass wir demnach - - in solche leibgedings disposition und verträge - - gewilliget - - dass ihre Lbd. solch amt Stadbagett wie eine leibzucht die zeit ihres lebens inne haben. LÜNING, l. d. col. 1195. sq. adde his, quae supra §. V. leguntur.

## II.

Quid leibgeling?

Dicitur etiam de redditibus vel appanagio.

Enimvero leibgeding denotat conventionem de sustentatione ad dies vitae. Metonymice dicitur de effectu iuris, h. e. de usufructu ipso ex bonis paciscentis, siue maritus fuerit, nec ne? Hinc lipding ainesmanns von einem gotzbus, de usufructu viri ex bonis monasterii, 10. GE. WACHTER l. d. col. 951. Appanagium quoque vocauerunt leibgeding v. g. ich Hartmann von Stockheim comthur zu Horneck, Teutschordens. - nachd. m. mich hie vormals mein lieber bruder - - 15 fl. leibgeding uff seinen gütern zu Hanau, so von umeren gnaden zu lehn rüven, versehen. 1487. untersuchung der frage wegen der herren von Hanau und der von Carben p. 454.

## III.

Zucht vero nutrimentum significat vel alimenta. Inde leibzucht, vitalitium viduae, sustentatio ad dies vitae a leib, vita, WACHTER l. d. col. 1977.

## III.

Thema probandum in causa marchionis C..

Igitur probatio, marchioni de C., a iudice iniuncta, ad decisionem causae nihil facit. Potius id caput est rei: num vidua in Germania, sicut in Belgio dotalium proprietaria? Id quod negamus omnes. Vtrum vero ei dominium vitale ad dies vitae, an vero usufructum Romanum

num tribuat? hoc in effectu perinde est, et vnum idemque. Nam sicut usufructuaria vidua non potest alienare dotalitium, ita nec ea hoc potest, quae id habet iure vilis dominii. Praeterea si aut moritur vidua, aut alii nubit marito, cessat dotalitium, reditque ad constituentis successorem. Vere PLAVTVS in *Curcul.* II. I. 4.

Sane illi inter se congruunt concorditer.

Quis itaque a se impetrabit, vt dicat, secus sentientes summa imis miscere, nisi vt PLAVTVS in *Amphitruonis* p. 55. editionis Gronouianae:

- - - nescio quid secum solus, puro

Rationes colligit - - -

OBSERVATIO V.

DE

IVRIBVS VIDVAE IMPVDICAE QVOD  
AD DOTALITIVM VEL VIDVA-  
LITIVM ATTINET.

§. XII.

Iam ad illud, quod est rei caput, accedo, inuestigaturus viduae impudicae equestris conditionem ratione retinendi vel amittendi vidualitii vel dotalitii.

§. XIII.

Est vero vidua impudica, quae libidine cupiditatis intemperatae exarsit, arg. L. 25. C. ad L. Iul. de adulter. Libido autem pro venerea voluptatis stimulis in iure usurpatur, BARNABAS BRISSONIVS de V. S. p. 731. editionis Heineccianae.

*An vidua  
equestris  
impudica  
amittat  
viduali-  
tium vel  
dotaliti-  
um?*

*Impudica  
quae?*

## I.

*Synonyma impudicue iure Romano notata.* L. 7. C. de postlim. reuers. eiusmodi mulierem appellat foedis-  
simam mulierem vel flagitiosam, aut secundum L. 7. C. de reuocand. donat. dicitur, quae portentosae uilitatis  
abiectioneque pudicitiae est. Interea rerum forensium interpretes luxuriosas vulgo easdem vocant.

## II.

*Forensi usu dicunt eam luxuriosam.* Qui talem uxorem viduamue luxuriose uiuentem uocant, per luxuriam potissimum intelligunt libidinem, quae est animi imperus, quo ad actiones castitati aduersas, fertur.

## III.

*Non tamen accurate.* Sed non accurate hac loquutione utuntur rei forensis studiosi. Namque Romanis et Ictis veteribus luxuria est contra pudorem et supra modum profusio. Deinde luxuria ratione culpae notat negligentiam crassam & nimiam securitatem, iremque lasciuiam, petulantiam et insolentiam, teste BARNABA BRISSONIO de V. S. p. 759, vel VI PLAVTVS Pseudoli actu I. scena II. v. 40., edente IO. FR. GRONOVIO. p. 729. : vos, vero, ait, quae in mundiciis, molliciis, deliciisque aetatulam agitis.

## III.

*Lasciuiae vox huc non quadrat.* Nec minus lasciuiae uocabulum huc quadrat. Siquidem, lasciuia notat Ictis petulantiam et insolentiam ab homine vel animali perpetrata, BARN. BRISSONIVS l. d. p. 699.

## V.

*Quid pudicitia, et scortatio?*

Impudicitia aduersatur castitati. Haec uero est uirtus, ueneris appetitum ad naturae leges attemperans. Et concubitus, qui a mare et femina, in caelibatu sine matrimonio constitutis, peragitur, dicitur scortatio.  
v. c.

V. C. ISRAEL GOTTLIEB CANZIVS, praeceptor colendus, *Definitur*  
 in *disciplinis moralibus* p. 248. sq. Impudicitiam, *impudici-*  
 qua quis ea sectatur, quae ad libidinem ducunt, *tia.*  
 huc quoque referimus L. B. DE WOLF §. 32. *der politic.*

§. XIII.

Hoc vitio se inquinantem viduam, vidualitium *Ob hunc*  
 amittere, censemus, itemque illa, quae praeter dotis *cessant lu-*  
 suras, redundarunt ex dotalitio in viduam. *cra, ama-*  
*rigo vel*

I.

Castitas semper Germanis visa fuit virtus splendidissima. *agnato*  
 Quapropter castitate aut pudicitia, quae maxima *profecta.*  
 semper et praestantissima virtus habita est, nulla gens *Probatur.*  
 praestitit Germanis. Hinc C. CORNELIVS TACI- *Castitas*  
 TVS de *moribus Germanorum* capite XVIII. „ er- *summa*  
 „ go septa, inquit, pudicitia agunt, nullis specta- *Germano-*  
 „ culorum illecebris, nullis conuiuiorum irritatio- *rum vir-*  
 „ nibus corruptae. *tus.*

II.

Ac paucis interiectis, vbi de poenis prostrati pudoris *Taciti*  
 agit: „ publicatae enim pudicitiae nulla venia; non *testimo-*  
 „ aetate, non opibus maritum inuenerit. „ Quum- *nium;*  
 „ que mulieribus Rom. ne purus quidem spiritus esset, *et Quinti-*  
 „ FAB. QUINTILIANVS *declamat.* III. nihil tale, inquit, *liani,*  
 „ uere Germani, „ et sanctius viuitur ad oceanum. „  
 „ Inde BONIFACIVS, quum Ethelbaldum Merciorum re-  
 gem inter meretricum amplexus iacentem,  
 obiurgaret, Saxonum exemplum obiecit, qui ad  
 eiusmodi vitia exhorrescerent. Ita enim perhiben-  
 te GVILIELMO, Malmesburienti, *de gestis rebus An-*  
 gloriam capite III. edente THOMA GALE *Britannica-*  
 rum *Saxonicarum rerum scriptorum* XV. „ In antiqua ait,  
 „ BONIFACIVS, Saxonia, vbi nulla est Christi cognitio, *Bonifacii,*  
 si VIRGO in paterna domo - - - manu propria stran-  
 „ gulatam cremant, et supra fossam sepulchrae corru-  
 prorem

legis Bai-  
avorum

prorem suspendunt. Prognatus hic Ethelbaldus patre Ethelwolfo, rege Angliae, gentis Westsaxiae, obiitque a. 860., isque nouercam, Iuditham, Caroli Calui filiam, vxorem duxerat, IOAN. LVD. LEVIN. GEBHARDI parte I. *der erleuterung der Europaischen baeuser* p. 96. Et quid mirum, tantam morum pudicitiam fuisse, quum sanctissimae leges non solum libidinem robustam vindicarent, sed et verba praetextata, teneris virginum auribus obiecta, aut lasciuiae manus tactum, poenis viciscerentur. Sic lex Baiouariarum mulctat eum, qui alienae vxoris aut puellae liberae ora aut vestem lasciuia manu tetigerit. PAVLLVS HACHENBERG *Germaniaemediae* p. 124., HEINRICVS COMES DE BÜNAV parte I. *der Teutschen kayser und reichsbistorie*.

## III.

et Saluia-  
ni,

Castitas itaque et pudicitia, vbi incontaminatio et integrior, quam apud Germanos ac gentes Germanicae originis, HYGO GROTIUS in *prolegomenis historiae Gotthorum* p. 36. ? Ideo SALVIANVS presbyter Massiliensis, qui circiter A. C. 496. mortuus, de *gubernatione Dei occasione irruptionis gentium septentrionalium in Italiam et alias regiones* p. 255. editionis Rittershusianae: „ dupluciter, ait, in illa Hispanorum „ captiuitate Deus ostendere voluit, quantum et „ odisset acrius libidinem, cum et Wandalos obfo- „ lam maxime pudicitiam illis superponeret. „ et p. „ 253. „ inter *pudicos* barbaros impudici sumus. „ Plus adhuc dico, offenduntur barbari ipsi impuri- „ tatibus nostris. Esse inter *Gotthos* non licet *scor- „ tatorum* Gothum. Impudicitiam nos diligimus. „ *Gotthi* execrantur: - - Fornicatio apud illos crimen „ atque discrimen est.

„ Idem



„ Idem p. 263. *Gotborum* (gens) perfida, sed *pudica* est. - - - *Franci* mendaces, sed *castitate* venerandi.

Atque p. 292. „ iam apud *Gotbos impudici* non sunt, nisi Romani: iam apud Wandalos nec Romani. Tantum apud illos profecit studium *castrimoniae* - - non solum, quod ipsi *casti* sint, sed - - castos etiam Romanos esse cernunt.

In Torilam, seu Baduillam Ostrogothorum regem, omnes laudes congerunt, ob severam pudicitiae custodiam, teste PROCOPIO Caesareensi libro III. *Gotbicae historiae* p. 318. et p. 356. editionis Gronovianae.

## III.

Nec alii mores sunt hodierni, quibus nostra maxime *Vinimus* illam virtutem magni aestimamus. Venus illicita *moribus* tam exosa nobis est, ut nothis non tantum alicubi *priscis* viam ad honores literarios, in primis apud augustum camerae tribunal, sed etiam in opificiis exercendis libertatem, qua legitime nati fruuntur, plerisque in locis intercluserit. Ideo Tigurini, Basilienses et Scaphusiani non admittunt nothos ad publica munia obeunda, nec senatui nec iudiciis interesse licet illegitimo toro natis, teste IOSIA SIMLERO de *republica Heluetiorum* fol. 148. *b.* Optimus quisque *batur*, Germanorum impudicitiae vindex est acerrimus. A quo crimine teste IABOBO AVGVSTO THVANO *historiarum sui temporis* libro XXI. ad annum 1558. p. 430, sq. Maria, Hungariae regina, imperatoris Caroli V. soror, antiqui moris et grauitatis femina, tantopere abhorrebat ut numquam a caesare exorari potuerit, ut cuidam ex primaria nobilitate iuueni, fratri pereraro, qui vnam ex domesticis ipsius virginibus corruerat, culpam condonaret, palam interminata, *ficubi*

cubi illum deprehenderet, vel in fratris comitatu foret, vt iuberet istum extremo addici supplicio. *Compara orationes a THOMA LANSIO editas p. 80.*

## V.

*et firmatur odium impudicitiae apud Germanos.*

*Infamia comes impudicitiae.*

Vt paucis multa dicam: Germani honestati, virtuti, fidei ac pudicitiae ante omnia studebant, GE. CHRISTIAN. GEBAYER in *programmate de poena violati matrimonii apud Germanos* p. 4. sq. Quocirca homines inhonestos et impudicos odio habuere, habentque adhuc maximo, NICOL. HIERONYMVS GVNDLING in *digestis* L. 3. tit. 2. §. 1. p. 283. sq. Hinc adulteram, auctore C. C. TACITO cap. XVIII., accisis crinibus, nudatam coram propinquis expulsum domo, tota vita infamem habuerunt. Inde orta paroemia: *der wissentlich eine buve oder geschwächte nimmt, ist entweder ein schelm oder will einer werden*, IO. NICOL. HERT vol. I. *opusculorum paroemia* XII. libro I. et GE. TOBIAS PISTORIVS *centuria* IIII. *paroemia* 7. p. 175. siue: *wer eine buve nimmt, der ist ein verräther des vaterlandes, oder will doch einer werden*, PISTORIVS l. d. Ideo in *capitularibus Francorum* libro VI. c. 45. col. 1004. sq. legitur: „quodpaene omnibus peccatis grauior et deterior sit fornicatio, et veraciter dici potest laqueus mortis et puteus inferni, ac vorago perditionis, eo quod adulteri vel luxuriosi, si propter cordis inopiam perdunt animas suas, Nam, vt ait scriptura, pretium scorti vix vniuersus est panis; et qui se iungit meretrici, vnum corpus efficitur. Et qui luxuriatur, mortuus est in corpore viuente. Grauius detestantur eadem libro VII. cap. 143. col. 1055. sq. turpitudinem, imprimis stuprum. Hinc Germanorum paroemia: *in der jugend eine buve, in dem alter eine heze*, GE. TOB. PISTORIVS *centur. X. paroemiarum* p. 974. Et libro I.

libro I. *speculi Saxonici* art. 5. et 36. odium Saxonum aduersus impudicas innotescit. Adeo vt verberibus meretricem afficiens dimidia tantum mulctae reus iudicaretur. *Weichbild* art. 12. Impudicam autem apud Germanos iuris infamia laborasse, certum est. PHIL. LVD. HVTH in *Specimine iuris Germanici de his, qui notantur infama* §. 6. 7. p. 8. sq., 10. GOTTL. HEINECCIUS in *elementis iuris Germanici* L. 1. tit. 17. §. 409. p. 341. Inde paroemia: *es ist gleich viel, ob einen eine buve lobt oder ein schelm schilt*, GE. TOBIAS RISTORIVS l. d. cent. 7. p. 560. et cent. 4. paroem. 66. p. 372. *aus einer argen buve wird selten ein gutes ebe-weib*, itemque paroem. 69. *was von buren sauet, das ist zum buren geneiget*, p. 374. NIC. HIER. GVNDLING l. d. §. 6. p. 285. Ideo stuprum vltro passas facinoris sui *dehonestatas* flagitio, amissi pudoris infamiam sustinere, ait *lex Burgundionum* tit. 44. §. 1. et tit. 61. ac semper postea in Germania infame visum est conuicium, si quis feminam meretricem vel scortum vocarit, 10. GOTTLIEB HEINECCIUS in *elementis iuris Germanici* L. 1. tit. 17. §. 398. p. 330. Hinc Germani, castitatis studiosiores istud probum impune passi non sunt, nec adhuc patiuntur. Tantus castitatis honor ac cultus. Eadem mens Germanis sedet, quae Alcmenae apud PLAVTVM *Amphitruonis actu* II. *scena* II. §. 109. sq. p. 44.

Non ego illam dotem duco esse, quae dos dicitur:

Sed pudicitiam et pudorem et sedatum cupidinem.

## VI.

Eandem fuisse Cimbrorum seueritatem, constat auctore *Consentate* HENRICO RANZOVIO in *Cbersonefo Cimbrica* col. 89. *nei sunt* tomo I. *monumentorum ineditorum* ERNESTI IOACHIMI *Cimbrom* DE WESTPHALEN. Hinc Cimbrum adulterii reos capi *rum motali res.*

F

tali adfecerunt supplicio, obseruante PETRO FRID. ARPE in *Tbenude Cimbrica* p. 63.

## §. XIII.

Eadem bo-  
die viduita-  
tis pudicae  
fuerunt.  
lex.

Nec Germani quidquam ex patrio more labare

Conditio-  
nem vidui-  
tatis pud-  
icae, uxori  
adiecit Hen-  
ricus I.

I.  
Firmat hoc Henricus I. rex Germanorum in diploma-  
te, quo Mathildae suae coniugi dotalium constituit,  
„ si superstes marito fuerit et in sancta viduitatis pu-  
„ DICITIA permanserit. „ NIC. IHER. GYNDLING *de Hen-  
rico aucepe* p. 113.

Cur requi-  
ratur pud-  
icitia vi-  
duae?

Maior ab  
illustribus  
et equestri-  
bus castitas  
requiritur.

II.  
Vidua defuncti mariti refert imaginem ac nomen eius  
gerit, illiusque memoriam contristatur vita sua im-  
pudica. Ne dicam, maiorem ab ingenuis atque il-  
lustribus mulieribus, quam ab aliis requiri castitatem.  
ANDR. TIRAQUELLVS *de nobilitate* cap. 23. §. 12. tomo  
I. *operum* p. 98. in primis quum et ipsae Romanae  
leges id quoque statuunt. Enimvero inter gentes  
virtutis studiosas, hic cum Germanis mira consen-  
sio. Quare IUSTINIANVS in l. 5. C. ad SC. Orficianum,  
mulierum ingenuarum et illustrium esse praecipuum de-  
bitum CASTITATIS obseruationem, statuit. Adde L. 1.  
§. 1. C. de his, qui ven. aet. impet. Ideo PLAVTVS  
in *Poenuli actu* V. scena 4. V. 13.

Eo sumus gnatae genere, vt deceat a culpa esse nos  
castas.

Stupro in  
quinati in  
ludis eque-  
stribus  
multati.

III.  
Quumque mares ne quidem impune ferebant, stuprum,  
quo virginem viduamue compresserant, nec ad tor-  
neamenta nisi bene multati admittebantur. Vide leges  
des zu Omolzbach 1485, gehaltenen turniers apud CA-  
ROL. FERDIN. IVNG. tomo I. *miscellaneorum* p. 390.  
Multo

DE IVRIBVS VIDVAE IMPVDICAE CE F. 41

Multo minus id tulerunt in muliere, praefertim quum Germani honestas etiam viduas ad danda brabea adhiberent. Eadem instituta in GE. RÜXNERI, fechtialis quondam PALATINI, *turnierbuche* leguntur apud IO. STEPH. BURGERMEISTERVM p. 285. *bibliothecae equestris*, vbi de ludo equestri Heidelbergensi est sermo. Interea ille errat, quum I. d. HIERON. RODLERVM RÜXNERVMQUE eosdem censuit auctores.

Rodlerus  
et Ruxnerus  
diuersi.

III.

Toties autem viduae, abiectae pudicitiae esse dicuntur, quoties castitatis pudorisque leges transgrediuntur, HEINR. NEUVENHAN I. d. p. 114. Vnde Romani viduam impudicam ei, quae fecundas iniit nuptias, aequiparauerunt, L. 7. in f. C. de reuocand. donat. Haec autem, praeter alia, amittebat bona, sub viduitatis conditione relicta, nou. 22. cap. 43. *auth. cui relictum C. de iudicta viduit.* Inde sicut vsusfructus sub conditione: *si secundo non nupsit, relictus, interit; auth. hoc locum habet, C. si secundo nupsit mul.;* ita quoque vidua, in impudicitiam prolapsa, eum amittit, aut si legatus fuerit: *so lang sie sich ehlich und woll helt.* Frustra igitur CHRIST. PHIL. RICHTER in *expositione authenticarum* p. 580. n. 9. his verbis alium adfuxit sensum, legum analogiae repugnantem. Hinc recte ANDR. GAILL L. 2. *Probat ex usu forensi.* obseruat. pract. 98. n. 15. p. 490. monuit, viduam luxuriose viuentem lucra sibi debita, amittere. Ie- circo iuriconsulti Liplienses, Virenbergenfes, Ie- nensis et Halenses anno 1619. Elisabetham Marga- retam a Vitzthum dotalitio priuandam responderunt, quod illa cum defuncti mariti fratre vterino Christo- phoro a Iena rei venereae fuerat operata. Lau- dant eam in rem *auth. iisdem poenis C. de secund. nupt.* et nou. 39. cap. 2. pr. Adde MODEST. PISTORIS vol. 1. *consilio 3, quaest. 1. n. 2. sqq.* et IACOB. HO-

MINGIVM *decif.* 18. n. 1. 199, NEUVENHAN p. 315. et quos laudauit NICOL. HENELIUS ABHENNENFELD *de iure dotalitii* cap. X. §. 16. p. 336. Priuat pariter impudicitia viduam adquaestu coniugali, 10. GARSIAS A SAABEDRA *de acquaesu coniugali* n. 39. p. 560 et alimentis a marito vxori relictis, BERNH. GREVEN libro 2. *conclusione* 98. n. 10. 11. p. 280. Dotem amittit vidua stuprum passa, prout tradunt ICŪ, A NEUVENHANO nominati testes p. 316. et quos laudauit DIDACVS COVARRVVIAS T. I. *operum* p. 198. n. 18. pr. Priuat eiusmodi vidua dignitate ac foro mariti, ANDR. GAILL L. 2. *obseruat.* 98. n. 17. p. 490. et cunctis viduitatis beneficiis, idem, l. d. 10. HESER *de bonorum et in primis acquaesuum coniugaliu communiōe* P. 2. loco 9. n. 32. p. 442., 10. KITZEL in *synopsi matrimoniorum* cap. 7. *theor.* 10. lit. g., DIDACVS COVARRVVIAS *quaestionum practicarum* cap. 7. num. 1. p. 409. 10. BRVNNEMANN in L. 10. C. *de incolis* n. 7. p. 1212: et in *commentario ad* L. 50. tit. 1. L. 22. §. 1. n. 2. p. 1389.: „ ex quo, ait, *absurda* mihi videtur „ eorum opinio, qui volunt, viduam retinere no- „ men et dignitatem mariti, licet luxuriose vixerit: „ nam si ob nouas nuptias amittit, multo magis ob luxuriam et stuprum. „ Referunt quoque ad impudicitiam viduae, si patiat impudicam contumeliam et osculum libidinosum, NEUVENHAN l. d.

## §. XV.

Germani-  
co.

Vitam vero inhonestam priuare viduam cunctis beneficiis, quae huic ordini tribuerunt iura ciuilia et statuta et mores, docuit GABRIEL SCHWEDER *de privilegio fori personarum miserabilium* §. 37. p. 90. vol. 1. *disputationum*, et ideo quaestuum amittit portionem, WOLFG. ADAM. LAVTERBACH *de Societate bonorum*

*norum coniugali*, cap. 6. §. 4. n. 1. p. 726. sq. vol. III. *dissertationum academicarum.*

§. XVI.

Sunt tamen, quod mireris, strenui impudici- *Defensores*  
 tiae defensores, egregii patres misericordiae, qui in- *impudica-*  
 honestam vitam, immo stuprum, priuare viduam *rum.*  
 dotalitio negant,

I.

Germanos esse hos, vix crederes, nisi nominarem istos.  
 In mentem mihi venit eius, quod PLAVTVS scribit  
*Curculionis* II. 1. §. 14.

Quis est hic, qui loquitur? quoniam vocem au-  
 dio?

et *Amphitr.* act. II. scen. I. §. 10:

Nae tu istic hodie malo tuo compositis menda-  
 ciis.

Aduenisti, audaciae columen, confutis dolis.

II.

Coryphaei sunt IOACH. A BEVST *de connubiis* P. 3.  
 cap. 6. p. 276. sq., MATTHIAS BERLICH P. 4. *conclusi.* *Horum co-*  
*one* 31. n. 12. sq. et n. 23 p. 174. sq.; itemque NI- *ryphaei:*  
 COL. VIGELIVS *decisionum iuris controuersi* centuria I.  
*dec.* 97. p. 51. Quiescant manes horum virorum.

Apagete LVCIANE cum tua *βλαβή πατρει.* Errores tan-  
 tum sale Plautino perfrictos enarrabo, ac infirmas  
 lubricas et simplices eorum rationes ostendam, quo pa-  
 teat totum dogma claudicare.

III.

Faciam, vt illorum legere possis opinionem  
 errorum plenam, interprete NICOL. HENELIO, in his  
 castris pro vidua impudica pugnante, p. 330. sq. Me-  
 mor tamen ante omnia esto illius PLAVTINI *Poem.* I. 1. 9.

F

Gerrae

Gerrae germanae atque edepol liroe liroe.

Et scito, duas esse parandas secures, alteram, qua densa errorum filua, quae totos occupat dissentientium libellos, excindatur, alteram vero, quae horum sequacibus tradatur.

## III.

Esto sua laus VIGELIO, olim nostrati, in iis, in quibus veritatem fuit sectatus, Laudem eruditi ICri sibi parauit HENELIVS, syndicus Vratislaviensis. Sed raptus in errorem aliquando dormitat bonus HOMERVS. Triturae forensis peritia non deneganda est BERLICHIO, rerum forensium cultori Lipsiensi, qui tamen ex defectu genuinae iuris theoriae ostendit in hoc, opinionem suam ipsum fefellisse. Putant boni viri! vehuntur naui, cuius franguntur remi. Nautis at eorum per altum agitur cursu incerto: vna ad euronotum ruunt ac tandem faciunt naufragium.

## V.

*Henelii argumenta  
contra viduam impudicam.*

Neque vero, ait HENELIVS, minor nodus haeret in ea  
 ,, quaestione, quid in vidua iuris sit, an haec quo-  
 ,, que luxuriose viuens, vt iuniores praesertim so-  
 ,, lent, dotalitii priuationem incurrat: quam incurrit  
 ,, mulier, quae luxuriose viuit constante matrimo-  
 ,, nio? Et est sane a multis hucitum: ut priuatio lo-  
 ,, cum heic suum habere debeat: eo magis quod  
 ,, idem plerique in dote statuunt: Qua de re celebra-  
 ,, tur in primis PAVLLI CASTRENSIS decisio, plurimis  
 ,, approbata, quos refert doctissimus Hispanus ARI-  
 ,, VS PINELLVS: adeo quidem vt communis opinio a  
 ,, BOERIO dicatur. Cur vero ita? Ideo nimirum,  
 ,, quia vidua, quamdiu manet in statu viduitatis,  
 ,, n que ad secundas transit nuptias, in eodem ma-  
 ,, trimonio viuere censeatur: ac quemadmodum  
 ,, viuientis mariti honore erigebatur, radiisque corus-  
 ,, cabat,



„ cabat, sic et vidua eiusdem priuilegia et dignitatem  
 „ retineat iam defuncti. Cum ergo matrimonii com-  
 „ moda habeat: vtique conueniens esse videtur, vt  
 „ et incommodorum fiat particeps, quae pateretur  
 „ constante matrimonio: ac proinde sicut viuo ma-  
 „ rito adulterium committens, ita et eo defuncto  
 „ stupris corpus mancipans dotem amittat: eandem  
 „ nempe luens poenam, quam tulisset, si viro ad-  
 „ huc supertitii fidem fregisset. Nam qui offendi-  
 „ tur ex adulterio constante matrimonio, idem ex  
 „ stupro, durante viduitate, iniuria quodammodo  
 „ afficitur.

VI.

„ Sed, pergit HENELIVS, qui olet malo suo, contrarium *Eius defen-*  
 „ (\*) tamen, hoc est, vt vidua dotem hanc ob causam *sio infusa*  
 „ non amittat, probare paucos, ibidem BOERIVS ait, *impudica-*  
 „ quorum sententiam praeterquam quod humanior, *rum.*  
 „ et vt ait SCIPIO GENTILIUS, verissima est, vsu quoque  
 „ et in praxi receptam praeter PINELLVM, PAVLLVS  
 „ BVSIVS (\*) attestatur. Et ratio eius rei viua est:  
 „ quod licet vidua stupro obnoxia male fecerit,  
 „ quia tamen poena haec in eam statuta nusquam repe-  
 „ ritur, nequeat aliunde adscisci. Adde quod no-  
 „ minatim in hac specie definitum sit a Iustiniano,  
 „ viduam ob stuprum commissum donatione ante-  
 „ nuptiali ex bonis mariti percipienda privari, et  
 „ sic puniri tantum debere in amissione lucri, quod  
 „ ex bonis viri erat habitura. Vnde ad dotis amis-  
 „ sionem

(\*) PLAVTVS in Amphitruone *actus II. scena II. v. 64. sq.*  
 Haec quidem deliramenta loquitur. Paullisper mane.  
 Dum edormiscat vnum somnum. Quae vigilans somniat.

(\*) PLAVTVS *Menacchmæ V. I. 24.*  
 An mos est ita hic,  
 Peregrino vt aduenienti narrent fabulas?

„ sionem extendi id non debet: cum poenas legum  
 „ potius moliri interpretatione, quam exasperari  
 „ deceat. Nec mutat igitur, quod vidua in priori  
 „ matrimonio stare censeatur, tamdiu alteri nupta  
 „ non est. Hoc enim brocardicum accipiendum non  
 „ est respectu ipsius matrimonii, siquidem id morte  
 „ sublatum est, vnde nec amplius vxor, sed vidua  
 „ dicitur: verum respectu consequentium nonnulla-  
 „ rum qualitatam. Retinet namque vidua hono-  
 „ rem, dignitatem, forum, domicilium et priui-  
 „ legia mariti. Quod vt iuris fictione ad commo-  
 „ dum viduae superfutis pertinet: Sic ipsum mari-  
 „ tum defunctum, vix est, vt concernat. Et vero  
 „ quod in fauorem viduae inductum, non debet  
 „ contra ipsam retorqueri: praesertim in alia et di-  
 „ uersa causa et quidem vt dote sua mulctetur: Quin  
 „ imo satis est, vt ob vitae turpitudinem iis commo-  
 „ dis et honoribus priuetur: etiamsi nostris interpre-  
 „ tationibus poena, quam lex non praescribit, mi-  
 „ nime adficiatur. Non vrget etiam, quod vidua  
 „ peccans marito defuncto iniuriam facere videatur.  
 „ Quemadmodum enim haec iniuria exiltimatione  
 „ potius hominum continetur, quam iure et legi-  
 „ bus: ita non exinde protinus fit, vt viduam stu-  
 „ pratam eadem quae coniugem adulteratam,  
 „ poenae sequi debeant. Si vidua sit, impune in  
 „ eam stuprum committi vlpianvs ait: et insaniam  
 „ certe esse, comparare adulterium ab vxore com-  
 „ missum cum stupro viduae, idem Gentilis haut  
 „ vane fortassis pronunciauit. Non obstat denique  
 „ exemplum vasalli, qui si in viduam defuncti pec-  
 „ cet, feudo priuatur. Nam primum nullus depro-  
 „ mitur ex iure feudali textus, qui hanc amittendi  
 „ feudi causam probet: Sed doctores extendunt ad  
 „ viduam domini, quod eo iure de vxore cautum  
 „ est.

„ est. Quae quidem extensiones totum ius civile no-  
 „ bis perturbant, neque alibi grauius peccatur ab inter-  
 „ preteribus, quam ista legum extendendarum liceatia,  
 „ illo ipso GENTILI, ex VIGLI sententia, sic scribente.  
 „ Immo vero haec doctorum extensio refellitur ipsa  
 „ lege feudali, qua expressum est, ita priuari feudo,  
 „ qui concubuit cum vxore domini, si hoc dominio  
 „ viuente fecerit. A contrario igitur sensu aliud est,  
 „ si hoc fecerit, domino mortuo: ne alioqui verba  
 „ constitutionis otiose sint adiecta, aut casus in ea  
 „ definitus videatur, de quo minus dubitari poterat.  
 „ Et sane, difficile esse ad hunc locum respondere,  
 „ RITTERSHVSIVS ipsemet fateatur, Cui eo magis as-  
 „ sentiendum puto, quod manifestum sit, non eam-  
 „ dem rationem obtinere in vidua, quae in domini  
 „ vxore. Haec enim eius torum violat: alienam  
 „ ei sobolem substituit: adeoque graui et insigni ini-  
 „ iuria eum afficit. Quae omnia in vidua deficere  
 „ palam est. Dum enim viuerebat, maritus et vxor  
 „ erant vna caro: iniuria vni illata censetur et in-  
 „ iusta alteri. Dum autem mortuus est, iam desit  
 „ illa vnita caro, expirauitque communis illa *sup-*  
 „ „ *nd* *Deua*: cum praesertim mortuus amplius per ali-  
 „ um offendi non possit. Accedit huc, quod indu-  
 „ cta ad vnum finem, non debent operari contra-  
 „ rium. Sed vt vasallus hoc casu priuetur feudo,  
 „ fit propter illatam omnino iniuriam per adulteri-  
 „ um vxoris, vt habeat leuamentum doloris sui. Cum au-  
 „ tem vita functus nullum vel dolorem vel doloris leua-  
 „ mentum sentire queat, merito nec haec decisio in mor-  
 „ tuo marito obtinebit. Denique licet id in vasallo con-  
 „ cederemus, et in vidua senioris; tamen in eo ra-  
 „ tio grauior est, quam aliis in hominibus, quia  
 „ vasallus quodam seruitutis vinculo adstrictus est

G

„ seni-

„ feniori fuo multaque alia vindicantur in vafallo,  
 „ etiam ob filiam et fororem fenioris, quae in aliis  
 „ non item vindicari conftat. Vt maxime, autem  
 „ **ALCIATVS CASTRENSIS** fententiam eatenus probat,  
 „ fi vidua intra annum luctus peccet: ea tamen di-  
 „ ftinctio in dote minime attendenda. Siquidem de  
 „ eo ipfo cafu ftupri, intra tempus luctus a vidua ad-  
 „ miffi, nouella Iuftiniana fuperius allegata loquitur:  
 „ priuans tamen tantum eam donatione antenuptiali.  
 „ Vt proinde, hanc etiam quod attinet, ea conftitu-  
 „ tio, cum odiofa fit et noua, minime dilatari, fed  
 „ in fuis terminis potius accipi debeat. Ex quo por-  
 „ ro colligere licet, fi anno luctus exacto impudice  
 „ viuat vidua, non debere eam puniri, vel dona-  
 „ tionibus propter nuptias priuari, cum praefertim  
 „ manifefta fit differentiae ratio. Tum quia intra  
 „ tempus luctus peccans intelligitur quafi in matri-  
 „ monio peccauiffe, eo quod intra tempus tale nup-  
 „ ta ea effe videatur, quae ad alteras nuptias ire pro-  
 „ hibetur. Tum quia ftuprum adeo recens non tan-  
 „ tum cineribus manibusque feputis, ac homini et  
 „ honori totius familiae quodammodo ignominio-  
 „ fum eft, fed et occasionem praebet turbando fan-  
 „ guini. Tum denique, quia intemperantiffimae  
 „ libidinis fit oportet: quae tam cito mariti oblita turpiter  
 „ fe prostituit: cumque nemo repente fiat tarpiffimus,  
 „ vix eft, vt non etiam conftante adhuc matrimonio lafciu-  
 „ uos et ludicros mores habuerit, vt non tam vidua pec-  
 „ caffe, quam coniux adultera deliquiffe videatur.  
 „ Haec enim imperatoris verba funt in ifta eadem  
 „ praefumptione: *καὶ ἐν περιόχῳ αὐτῆς, τὸ μὴ σω-  
 „ φρονεῖν ἐνωῶσα.* Vnde quidam regulam vulgo fi-  
 „ munt, de praefenti praefumi in praeteritum. Ce-  
 „ terum: quod de donatione propter nuptias, idem  
 „ non

DE IVRIBVS VIDVAE IMPVDICAE CET. 34

non solum de hereditatibus, et legatis, et mortis  
 causa donationibus a viro uxori relictis, sed et de  
 dotalicio dicendum plerique putant. In illis qui-  
 dem, cum etiam ea quae legitime nubit, si intra  
 annum luctus id faciat, omnibus lucris nuptialibus,  
 ceterisque a marito donatis priuetur. Quanto po-  
 tius ergo illa, quae non palam et legitime nubit,  
 sed clandestino stupro et furtiuo coitu corpus macu-  
 lar, siquidem non debet impudicitia meliori esse  
 conditione, quam castitas? In hoc autem, tum  
 quia sit species quaedam donationis propter nup-  
 tias, tum quia nominatim constituatur in casum ac  
 tempus viduitatis: ac proinde, nisi pudice vidui-  
 tatem exhibeat, praemio et lucro, quod ex vidui-  
 tate procedit, indigna censeri debeat. Probat hanc  
 sententiam ANNAEVS ROBERTVS, scribens inter alia,  
 insolentem nimis fore mulierum petulantiam, si  
 vidua, quae corpus suum addixit turpissimae cu-  
 piditati, non modo id impune ferret, sed et insu-  
 per doarii praemio et emolumento donaretur:  
 addensque sub finem, in curia Parisiensi A. S. 1571.  
 senatus arresto viduam, quae mortuo marito ip-  
 so luctus anno impudice vixerat, a petitione do-  
 arii reiectam, heredesque ab eius praestatione fu-  
 isse absolutos. Probant item IOANNES SAISON,  
 SCIPIO GENTILIS ac nouissime BERTRAND. ARGEN-  
 TRAEVS; nullam quidem aiens iustiore causam  
 videri solere, in ea, quae mariti memoriam foe-  
 dauit flagitio: etsi raro inneniuntur tam seueri iu-  
 dicantes. Et vero (\*) cur nec ipse tam rigidus  
 esse velim, vel illud facit, quod dotalitium no-  
 strum hanc merum in se lucrum instar donationis

G 2

pro-

(\*) PLAVTVS in *captiuis* II. 2. v. 25.

Nam ad sapientiam huius ille nimis nugator fuit.

„ propter nuptias vulgaris, sed immo vel maxime do-  
 „ rem contineat: nec minus adeo, quam dos, cui  
 „ furrogatur, titulus esse onerosus censetur. De  
 „ iure Saxonico quid hac in parte obtineat, elegan-  
 „ ter disputat diligentissimus BERLICHIVS (\*) in eam  
 „ ipse inclinans sententiam: vt iure illo non dotem,  
 „ non dotalitium, non lucrum aliud ullum vidua  
 „ propter stuprum amittat. Mouet eum potissimum  
 „ praeter alias rationes, textus iuris Saxonici claris-  
 „ simus, iam ante a nobis allegatus: *ein weib mag  
 „ mit unkeuschheit ihres leibes ihre weibliche obre kren-  
 „ cken, ihr recht verluft sie aber damit nicht, noch  
 „ ihr erbe.* Quibus verbis manifesto indicatur, mu-  
 „ lierem (puta solutam, vel viduam quemadmo-  
 „ dum glossa ibidem, et alii plures de vidua accipi-  
 „ unt) propter stuprum solum infamia notari, here-  
 „ ditatem vero et alia iura sua non perdere. Nam vt  
 „ maxime non nulli textum hunc non de dotalitio, do-  
 „ natione propter nuptias, et lucro alio, quod vxor  
 „ ex nuptiis a marito consecuta est, sed tantum de  
 „ dote et hereditate accipiunt: expresse tamen ho-  
 „ rum interpretatio refutatur per illa verba, *ihr recht:*  
 „ quod scilicet vidua propter fornicationem nullum  
 „ ius sibi competens amittit. Dotalitium autem,  
 „ donatio propter nuptias, et similia lucra non mi-  
 „ nus inter iura viduae competentia, quam dos, et  
 „ bona hereditaria referuntur. Quin si dictus tex-  
 „ tus tantum de dote et bonis hereditariis accipien-  
 „ dus foret: sequeretur, quod *erbe und recht*, id est,  
 „ bona hereditaria, et iura competentia, pro vno  
 „ eodemque acciperentur: quod tamen falsum esse  
 „ vel sola particula *noch* euincit. Haec BERLI-

„ CHII

(\*) PLAVTVS *Epistolis* V. l. 7. 20.

Quem Apelles atque Zeuxis duo pingent pigmentis vlnreis.

„ CHII (\*) sententia, quae et meo iudicio verissima  
 „ est: nec opus vero habet, vt post deducta ab eo-  
 „ dem facem illi alluceam: cum praesertim scabini  
 „ quoque Lipsienses non aliter pronunciare soleant.  
 „ Quod si tamen contraria sententia, vel statuto, vel  
 „ consuetudine etiam alicubi sit recepta: omnino illi  
 „ standum: nec temere recedendum ab eo, quod  
 „ certam interpretationem semper habuit. Sed id  
 „ ipsum tamen cum hac gemina restrictione: vt nimi-  
 „ rum si vidua cum suo stupratore matrimonium  
 „ contrahat, tum ei in matrimonii honorem poena  
 „ ista minuat: veluti lenenses in causa viduae Wil-  
 „ helmi Anassii contra eius heredes mens. octobri  
 „ 1579. et Georgio Brensego. ad requisitionem quaes-  
 „ toris Koenigsburgensis mens. octobri eodem an-  
 „ no respondisse testatur MATTH. COLERVS: nec item  
 „ dotalium, aliaue lucra, quae a primo marito ha-  
 „ bet, amittat, quae vel in secundo matri-  
 „ monio vel in altera viduitate adulterium siue  
 „ stuprum commisit. *Es ist keine rechtsatzung oder  
 „ ordnung zu finden, notabiliter inquit MÖDESTINVS  
 „ PISTORIS, darinnen verordnet, daß eine frau, so sich  
 „ anderweit verhehlich t, um des ehbruchs oder unzüch-  
 „ tigen lebens willen, so sie in der andern ehe, oder in  
 „ folgendem andern wittwenstand begehbet, sich des leib-  
 „ gedings, so ihr von ihrem ersten herren verordnet,  
 „ und vermacht, verlustig.* Poena autem priuationis  
 „ alicuius rei, nisi in casibus iure expressis, imponi  
 „ non debet.

## III.

Cetera HENLI, tibi fingis ac pingis bellissime. PLAVTVS  
 in *Pseudolo* I. 4. §. 8. sqq. tibi respondeat:

G 3

Sed

\*) PLAVTVS *Messalliarum* actu III. scena I §. 137.  
 Quicquid Dei dicunt, id rectum est dicere.

Sed quasi poeta tabulas quum cepit sibi,  
Quaerit quod nusquam est gentium, reperit tamen.  
Facit illud verisimile, quod mendacium est.

Erin Amphitruone V. 1. *Ÿ.* 10. sq. p. 89. editionis Taubmannianae:

Strepitus, - -, sonitus, tonitrus: vt

Subito, vt propere, vt valide tonuit!

et *Mercatoris* I. 2. *Ÿ.* 16.

At tu edepol fume laciniam atque absterge sudorem tibi.

### §. XVII.

*Ineptiae hae  
explosionum.*

En neniarum summam, quisquiliarum et vitreorum fractorum cumulum. Videte, quaeso, quid hoc suavis insaniae sit! Demus ergo nos antiquis gloriatoribus, ALEXANDRO eiusque imitatorum seruo peccori, egregiis rerum absurdarum magistris, pericissimis ineptiarum artificibus. Dubitant enim, an vidualia intra annum luctus impudice viuens, amittat dotaliticium?

### I.

*Dissensus  
doctorum  
vel ad rem  
facit.*

Discrepantes sunt hac de re doctorum opiniones, quas enarrauere DIDACVS COVARRVVIAS l. d., atque PAVLLVS CHRISTINAEVVS *ad leges municipales Mecklinienses* p. 596. Etenim, ait hic, ANTONIVS FABER in *codice L. 5. tit. 7. def. 7.* p. 512 et negandam putauit hanc quaestionem. At vero hic FABER de dote loquitur, et liberalitate, quam a viro habuit, hancque amittere existimat, non vero dotem. Quapropter ICI, quibus de meliori luto Titan praecordia finxit, vipote PAPONIVS, ANNAEVVS ROBERTVS, LVDOV. CHARONDAS, alii, illam recte confirmandam probe sunt rati.

### §. XVIII.



DE IVRIBVS VIDVAE IMPVDICAE CET. 33

§. XVIII.

Verum enim vero has, impudicitiae aduocatorum, ficulneas rationes qui legerit, eas vix dignas esse, quae confutentur, ingenue fatebitur.

*Dissentientium leuissimae ratiunculae.*

I.

Etenim quem fugit, omnem conuentionem ita esse intelligendam, vt paciscentium menti ac proposito respondere. Hinc nos semper respicere oportet, qui finis, quae intentio paciscentium? NIC. HIER. GVNDLING in *iure naturae* p. 287.

*Quod ostenditur.*

II.

Est autem in constituendo vidualitio hoc, vt vidua honeste sustentare queat vitam post obitum mariti, neue per illam aut vir aut huius gens ignominiam accipiat. Nullus enim maritus vult, vt vxor post fata ipsius turpiter viuat. Hoc si prauidisset, de dotalitio aut vidualitio constituendo numquam cogitasset. Nam quis praemia daret vitae impudicae. Suae existimationis suaeque gentis nemo immemor erit, nisi veniens. Sustainere aliquam, quo libidinibus post mortem mariti indulgeat, hominis, ratione et honestate praediti, non est. Impudice vero viuere, est infame. Quis autem maritus auxiliatrices manus praebet infamiae?

*Intentio paciscentium hoc vult.*

§. XVIII.

Nemo, nisi stultus alimenta decernet alicui, quo vidua queat impudice viuere, atque infimos omnes sic dissoluta et perdita.

*Maritus non praesumitur minister vitiorum.*

I.

Ex his igitur patet, viduae praestari vidualitium seu dotalitium, ne post fata mariti turpiter viuat, sed honeste vitam sustentet. Quod si vero quis prauidisset vxoris infamiam, quilibet animaduertit, eum ratione vidua-

vidualitii vel dotalitii ita non fore conuenturum. Ergo is, qui dotalitium hac conditione paciscitur, vt honeste viuat vidua, non habuit in mente, vt vidua viuat impudice. Potius tacita adest conditio, si caste ac pudice ista vixerit. Eum in finem in der polizey ordnung des herzogthums Magdeburg sancitum cap. 8. §. 39. wann aber die witwe das versprochene bey lebzeiten ihres ehemanns, oder binnen 6. monaten nach des ehemanns tode nicht einbringen kante, noch wolte, so soll ihr nothdürftiger unterhalt, so lange sie im wittwenstand ehrllich lebet, aus den gütern, auf ihr leben ausgemacht werden. IO. CHRIST. LÜNIG. l. d. col. 966. Quod si non fecerit, eamque non impleuerit conditionem, totum resolui negotium, est manifestum.

Modus adimplendus itemque conditio

## II.

Si vero praescriptus est modus aut conditio huic conuentioni dictae, necesse est, vt haec omnino adimpleantur. Ac si hoc non fiat, iudem subruui negotium, omnes vident.

Non attinet, vxor sit dotata nec ne?

## III.

Id quod eo magis procedit, quum vidua nullam intulit dotem, sed ex mera gratia vel mariti vel agnati dotalitium accepit.

Exceptio a vitalitii perduratio.

## IIII.

Nec est, quod dicat vidua, vitalitium, viduae inopi semel constitutum, huic a successore, dorem haut numeratam nec in feudum versam, praetexente, adimi non posse, NIC. CHRISTOPH. L. B. DE LYNCKER *responsio* 145. n. 66. p. 797., praesertim quum ius Saxonicum pro vidua militet, libro 1. art. XXI. p. 60. editionis Gaertnerianae: *libzucht kan den vromen niman brechen. en wider nachgebornen erbe. noch cheim man usse den daz gut erstirbet, sie en verwirkeze selben. so daz*

dar sie ohez boume ufbowe, oder lute von dem gute ver-  
 wise, die zu dem gute geboren sin. oder  
 zu milcher wis sie ire libzucht uz von iren  
 geweren let. sie en wider tu ez binnen iren rechten tey-  
 dingen. Swenne sie dorumme geschuldiget wirt. dar  
 mac sie mete verlisfen. Wirt san ein man mit rech-  
 te von sine wibe gescheiden sie beheldet doch ire lib-  
 zucht di be ir gegeben bat an sine eigene. Idem patet  
 e iuris Saxonici libro III. art. 74. et iuris Alaman-  
 nici art. 136. tomo III. p. 83. thesauri Sciliteriani et  
 veteri iure Frisico orientali, prout liquet e notis  
 übers Ostfriesische landrecht libro II. cap. 168. p. 468.  
 nimirum propter adulterium non amitti dotem.

Alaman-  
 nico  
 et Frisico  
 petita,

## V.

At quis non videt, ipsos Saxones statuisse quosdam dota-  
 litii amittendi modos; illos pariter impudicitiae non  
 fuisse patronos. Sequitur igitur, vt haec cum grano salis *soluitur.*  
 fumenda, ac de alimentis sint intelligenda.

## VI.

Nec me moratur transactio, post obitum mariti inita cum *et a trans-*  
 agnato, vt praestet sibi vidualitium. Quamuis enim *actione pe-*  
 haec sit conuentio partium onerosa, qua de iure du- *tita, est*  
 bio suo scientes ac volentes in vnum consentiunt, *nullius*  
 vt hoc tollatur, ac nouum ius aequae certum, secun- *momenti.*  
 dum animi intentionem cuiusque sufficienter significa-  
 tam, statuatur, NIC. Hieron. GYNDLING de transa-  
 ctionum stabilitate et instabilitate §. 2. p. 2; attamen aliud  
 est transactio cum vidua, postea impudice viuente  
 inita, aliud vero, generatim transigere de vidualitio,  
 et: an hoc vidua perere possit indotata ab agnato? *Cur?*  
 in qua de vita impudica non fuit actum nec cogi-  
 tatum, quum delicta et praesertim impudicitia non praec-  
 sumuntur. Ergo de hac nulla transactio. Quin im-  
 mo haec aequae, ac tabulae dotales tacitam habent con-  
 ditio-

H

ditio-

ditionem: *si vidua honeste vixerit*. Non adimpleta vero conditione, quae tacite inest transactioni, corrumpere hanc, vident omnes. Etenim sublata finali causa, propter quam transactio fuit inita, cessat quoque obligatio ex illa, AVG. A LEYSER *Spec. 47. med. 7. p. 487.* Collapso itaque fundamento, transactio quoque superstructa corrumpitur, arg. L. 10. C. de *reuocand. donat.* Namque finis in legibus atque pactis vocatur *ratio legis vel pacti*. Hinc *ratio legis vel pacti*, esse animam eius, docent. Siquidem ratio est finis. Huic consentanea debent esse media. Ergo ex hoc fine omnino iudicandum, qualia media esse oporteat. 10. GOTTL. HEINECCIUS in *elementis philosophiae rationalis* §, 201, p. 120.

## §. XX.

*Vidua impudica se ipsam priuat suo iure.*

Vno verbo: vidua, impudice viuens, neque stat pactis dotalibus, neque, si cum agnato post obitum mariti transegit de vidualitio, ea agit, quae tacita conditio, *si honeste vixerit*, requirit. Ergo se ipsam hoc commodo priuat, subruendo totum pactio- nis transactionisue fundamentum.

## §. XXI.

*Germanorum meretricibus vidua suam non amittit dotem.*

Fac interea viduam impudicam dotem attulisse marito, et vix crederem secundum iura Germanica, quibus de poena dotis dotalitiique amittendi nihil constitutum reperitur, ipsam amittere dotem, sed ei hanc se restituendam, rupto dotalitii pacto. Poena enim infamiae Germanicae iura tantum publica respiciebat, non priuata. Ideo infamis hereditatem adquirere poterat, obseruante NIC. HIERON. GYNDLINGO in *digestis* p. 289. §. 16. Atque sic intelligenda

da, quae supra §. XVIII. 4. e *speculis* Saxoñico et Alamannico in medium attuli.

## §. XXII.

Immo si rem secundum Romanas leges perpendo, et iuris canonici scita trutinò, viduam impudicam dotem suam non amittere credo, quoniam causa poenae, ob quam dos amittebatur, posita erat in MORIBVS grauibus ac DIVORTIO, iure autem pontificio ob ADVLTERIVM vxor priuabatur dote, *ivst. dote.*

*Sepositis vero bis, nec iure Romano nec canonico priuatur dote.*

HENNING. BOEHMER de *priuazione dotis et successionis statutariae ex capite adulterii* cap. II. §. 2. p. 31. Quibus accedit, cap. X. de *donat. inter vir. et vxor.* de viuo agere vtroque: de vidua autem nihil statuere.

## §. XXIII.

Inde tamen non sequitur, vt vidua impudica vidualitium, vel dotalitium retineat. Nam quoniam Romani dotalitium ignorauerunt, neque pontifex de eo quidquam constituit; ad praesumptiones hic confugiendum.

*Quod vero ad dotalitium attinet, argumento iuris ciuilibus et canonici id amittit vidua.*

## I.

Cur autem apud Romanos vxor abiectae pudicitiae dotem amittit? et causa in promptu est, ob impudicitiam. Iam quaeritur: quare vidua impudica dotalitium amittit? eandem habebis responzionem: in poenam portentosae vilitatis. Vbi vero eadem legis ratio, ibi quoque necesse est eius dispositio. Hoc est, ex ratione legis, eaque adaequata, intrinseca, vniuersali, vel eadem vel simili, fuit regula: quoties in specie quadam omiffa, eadem adest ratio, quae in expres-

H 2

sa

aequitas  
quid?

fa, toties quoque dispositio ad visionem non expressam est trahenda. Nec est, quod dicas, aequitatem in benignitatem esse propensioem, adeoque in dubio restringendas esse poenas, nec ad visiones non expressas extendendas. Sed facile patet, in dubio semper propensiores nos esse oportere in partem *rectae rationi et virtuti* vel maxime conuenientem. Hoc quum facimus, sequimur aequitatem, quae est virtus correctrix eius, in quo lex deficit. Fundamenta huius correctionis sunt *recta ratio, virtus, benignitas, humanitas*. Si quis ergo nubem pro lunone, h. e. stupiditatem pro *recta ratione, vitium* pro virtute, nimiam *indulgentiam* et *coniuentiam* pro benignitate et humanitate amplectitur, hisque fallis principiis interpretationem suam atemperat: nascitur inde *aequitas cerebrina*. Compara 10. GOTTL. HEINECCIUM l. d. §. 204. sq. p. 121. sq. Suus utique vsus axiomati: odiosa esse restringenda, docente praepotere ad cineres, immo parentis instar colendo et celeberrimo Tubingensium antecessore CHRISTOPHORO FRIDERICO HARPPRECHTO *observationum iuridicarum miscellarum* p. 22. iam vero odiosum est, alere eam, quae pactis non sterit. Taedet quemuis honestum, beneficia ei exhibere, quae abiectae est pudicitiae. Infamem vitam promouere impudicae agnatio est maxima molestia.

Firmat  
hoc ponti-  
fex exten-  
dens impu-  
dicitiae  
poenam.

Consentaneis  
sunt ICti  
Ienenses.

## §. XXIV.

A meis quoque partibus stat Honorius III. pontifex, qui cap. 10. X. *de consuetudine* poenam priuationis doris ad omnia mariti bona et praesertim ad portionem illam, quam vocare solent *staturariam*, extendit.

Ad haec ICti Ienenses, de iure consulti responderunt, viduam, haut caste viuentem, dotalitio priuari: *hat die*

die Wittwe mit einer ledigen adelperson sich verlobbet, und 7. wochen nach gehaltenen ehelichen beylager eines Kindes genesen. Die weil nun sie sich so ungebührlich im Wittweystande erzeiget: und ihrem adelichen geschlechte einen solchen schimpff und schmach zugezogen: so seid ihr zwar wohl solch verſchribenes gegenvermachtnis, nicht aber zugleich ihr beirathgut einzuzihen befugt. CHRIST. PHIL. RICHTER l. d. p. 460.

## II.

Hinc Fridericus Wilhelmus elector Brandenburgicus anno 1691. in Pomerania constituit inter alia titulo XVIII. de viduis inhoneſte viuentibus: eine Wittwe, so Brandenburgicus. unzüchtig lebet, und zu schanden wird, verlieret alle luhurgicus. cra, so ihr aus ihres mannes lebnen sonst gebühren, und da sie dieselbe allbereits orboben, ist sie schuldig, deswegen erstattung zu thun, da dann kinder und andere mariti beredes, welche demselben die nächſten seyn, solche zu genüßen haben. 10. CHRIST. LÜNIG tomo II. corporis iuris feudalis col. IIII.

## III.

Interim ABRAH. A WESEL tract. II. cap. 4. de finienda vel Alimenta continuanda bonorum societate num. 41. p. 220. bene tamen in- monuit, si vxor separata (vel vidua) victu proprio opi debent. sese sustentare nequeat, ipsi adiudicandam, ne esuritur necessa- re cogatur, ex mariti bonis congruam portionem, ria. vndeſe contraſamem ſuſtinere poſſit. Idem ſtatuuſt uſus feudorum II. feud. 58. pr.

DE  
IVRE VIDVAE CIRCA DO-  
NATIONEM PROPTER  
NUPTIAS.

## §. XXV.

*Donatio  
propter  
nuptias ex  
pactio cedit  
uxori.*

Nunc ad eam venio inspectionem, ubi de donatione propter nuptias agitur, et, repetita dote, vidua equestris, donationem propter nuptias a successore feudali petiverat. Promiserat vasallus Hassiacus uxori suae et dotem et donationem propter nuptias in pactis dotalibus. Haec post fata mariti, nupsit secundo marito, petiveratque a prioris mariti successore feudali praeter dotem etiam antiphernem.

## I.

*Probatum.*

Gregorius VIII. pontifex cap. 8. X. *de donationibus inter virum et uxorem* hoc de argumento ira statuit: „ sane, ait, soluto matrimonio, sicut dos ad mulierem, sic & donatio propter nuptias redit ad virum: „ nisi de consuetudine secus obtineat; vel ex pacto „ de lucranda dote et DONATIONE propter nuptias, „ quod aequale sit tamen, hinc inde contrarium inducatur.

## II.

*Vsu quotidiano  
viget a-  
pud Ger-  
manos an-  
tipherne.*

Existimavit quidem IO. CASP. ZIEGLER, clarus olim Vitenbergensium antecessor, *decisione* XVIII., donationem propter nuptias in Germania ab usu recessisse, praesertim quum in tabulis dotalibus ista dicit tantum gratia commemoretur. Saepius quidem hoc accidit, sed regulam inde formare, vix ausim. *Compara* GR. MELCH.



MEICH, DE LVDOLE *obſervatione forenſi* 383. p. 366.  
vol. 4.

## III.

Interea ANTON. MATTHAEI *de crim ſtit. de adulteriis* cap. *Laudan-*  
7. n. 14 pag 427. exiſtimavit, in Belgio neque do- *tur diſſen-*  
tem neque donationem propter nuptias, vſu receptas *tientes*  
eſſe. Idemque cenſuit HENR. BROUWER *di iure conu-*  
*viuorum* L. 2. cap. vii. n. 25.

## IIII.

At huic doctriinae aduerſatur quotidiana experientia, qua *et conſu-*  
in pactis dotalibus conſtitutam legimus donationem *tantur.*  
propter nuptias. Hoc quidem moribus inualuit, *Illa doti*  
vt haec non ſemper aequalis ſit doti, WOLFG. AD. *von ſem-*  
LAVTERBACH vol II. *diſſertat* LXXV. §. 41 p. 1429. *per eſt ae-*  
Saepe numero etiam contingere ſolet, vt pacto pro- *qualis,*  
mittatur illa, vxori poſt mortem mariti exſoluenda,  
idem l. d. §. 59. n. 7. p. 1439.

## V.

Sed viſio, de qua ſum loquutus, dicenda reddet clari-  
ora:

*Rechtliches bedencken.*

Als uns eine ſpecies facti ſunt zweyen beylagen und einer fra- *non obli-*  
ge zugeſchicket, auch darüber unſere rechtsbelehrung ge- *gat ſucceſ-*  
beten worden; demnach erwachten wir, nach fleißiger ver- *ſorem feu-*  
leſung und collegialiſcher erwegung für recht: *dalem vel*  
Hat weiland Herr Carl von C\*\*\*\* mit derdamahligen frau *genearchi-*  
lein Dororbeen SophienErneſtinen von M\*\*\*\* im jahre *cum.*  
1738. ſich verhehliche, iſt aber jener nunmehr mit hin- *Species.*  
terlaſſung eines ſohns verſtorben und hat deſſen nachge-  
bliebene frau mithe ſich anderweit verheiratbet, indessen  
in dieſem falle in der ebeſtiftung verſehen: „ daß, wenn  
„ kinder vorhanden, und die nachgelassene frau mitthe  
„ zur

*Pactum de*  
*lucvanda*  
*antipberne*

„ zur andern ebe schreitet, ihr die ebesteuer an 3000.  
 „ rthlr. ingleichen die ihr zug-eignete morgengabe der  
 „ 2000. rthlr. cet. verahfolget werden sollen, wel-  
 „ ches der verstorbene herr von C.\*\*\* in seinem unter B.  
 „ anliegenden letzten willen eben also wiederhohlet hat,  
 „ sind darneben sowohl von dem verstorbenen herrn Carlen  
 „ von C.\*\*\* als auch dessen brudern, herrn Georgen  
 „ Ludwigen von C.\*\*\* der obbemeldten damabligen frae-  
 „ lein braut 3000. rthlr. zur widerlage oder gegenwer-  
 „ machtuiffe, ausgesezet, auch im §. 5. der ebestiftung deren  
 „ verzinsung auf den todesfall gedachten ihres ebegehossens  
 „ versprochen worden; daher die frage entsetet:

Quaestio.

„ Ob die gemessene C.\*\*\* frau mittbe, nachdem sie sich nun  
 „ anderweit verehlichet hat, und die im §. 6. der ebe-  
 „ stiftung erworbte 3000. rthlr. widerlagsgelder, im  
 „ letzten willen uebergangen sind, solthane 3000. rthlr.  
 „ mit bestande rechtens fordern kunne?

Rationes  
 dubitandi.

Ob nun wohl verschiedene rechtslehrer dafurbalten, wasmaffen nach vorschriift der Ramiſchen rechte, einem eheweibe das eigentbum ueber die widerlage zuſtehe, nam vxor aliquod dominii ius in donatione propter nuptias confequitur, freyherr von COCCEN in iure controu. L. 20. tit. 3. quaest. 9., p. 160., von BERGER in oecon. iur. L. 1 tit. 3. §. 12. p. 135., FREISELEBEN im Schüzio illustrato L. 23. tit. 3. not. 955. p. 150., SCHULTER in elem. iurispr. Rom. L. 2. tit. 7. §. 15. 204, HUBER ad instit. tit. de donat. §. 8. p. 144., STRUVE in S. I. C. exerc. 30. §. 36., RICHTER in comm. ad authent. p. 528, welche meinung um so wahrſcheinlicher ware, je bekannter es ſey, daß die bloße ſicherheit für den endzweck der widerlage nicht geachtet werden machte, geſtalt einem eheweibe die rechte noch andere ſicherheit geſtellt hatten. Ob auch wohl ferner, einiger rechtslehrer meinung nach, die widerlage, wie ſolche in Ramiſchen rechten beſchrieben iſt, in Teutſchland ganz unbekannt, MEVIUS ad ius Lab. P. 1. tit. 6. pr. n. 29.

DE IVRE VIDVAE CIRCA DON. PP. N. 63

n. 29. FRANTZKE *de laudem. cap. 22. n. 67.*, VAN LEEVWEN *in censura for. L. 1. cap. 12. p. 4.*, GVDEHIVS *de iure nouiss. L. 1. cap. 8.*, HEIGIVS *ad inst. §. 3. tit. de donat.*, SCHILTER *exerc. ad π. 36. §. 86.*, THOMASIVS *in not. ad inst. b. t.*, BARTH *dissensu 27. §. 1.* *Vielmehr das in Teutschland übliche leibgeding oder der wittum statt solcher widerlage eingeführet were, inmassen die adeliche tochter der Teutschen vom unbeweglichen vaterlichen erbenichts überkommen hætten, sondern mit einem geringen beiraths gute sich begnügen müssen, gleichwol, da die männer sehr leichtlich im kriege das leben verlohren, die witten sich standsmässig aufzufüttern nicht vermocht, wo nicht der ehemann sie mit einem wittum bedacht, und wie bey den Teutschen ansehnlich der ehemann seiner ehefrau eine brautgabe gegeben; also die nachberige rechtslehrer eine widerlage daraus gantz unschicklich gemacht hætten, ESTOR *de dotalitio propter secundas nuptias cessante cap. 4. §. 4.*, HEINECCIUS *in elem. iur. Germ. L. 1. tit. XI. §. 252. p. 207.*, dabernach den Teutschen rechten einer ehefrau die widerlage gebühre, wenn sie gleich ihrem ehemann die brautgift nicht ausgezahlt hette, VON LYNCKER *dec. 671.*, RITTERSHVSIVS *ad nouell. P. 5. cap. 14. n. 7.*, CARPZOV. *L. 6. tit. 1. resp. 5. n. 1.*, LAVTERBACH *diss. de donat. propter nupt. §. 59.*, donatio enim haec introducta apud Germanos, quo vxor superstes, dignis et nec flariis alimentis se exhibere queat, SCHILTER *exerc. ad π. 36. §. 86.*, HOFMANNS *diss. iur. Rom. et Germ. in doctrina de donationibus propter nuptias §. 6. lit. f. p. 27.*, derowegen sie auch nach ableben des ehemanns dem eheweibe verbleibe, A COSTA *in not. ad instit. b. t.*, HOFMANN *l. c.*, ceterum plurimis in locis iure speciali receptum est, vt, sicuti maritus dotem, vxore praemortua, ita vxor hanc donationem, marito praemortuo, iucetur, STRYK *in usu mod. π. L. 23. tit. 3. §. 18. p. 195.*, ideo dotalitium*

ad

Rationes  
decidendi.

ad donationes propter nuptias refertur, VON LEYSER  
Spec. 404. med. 13. p. 1197. vol. 6.  
Dennoch aber und diemeil die Römische widerlage und das  
Teutsche leibgeding von einander wohl zu unterscheiden  
sind, indem jene hauptsächlich zur sicherheit des  
brautsehatzes eingeführet war, und also dem eheweibe  
kein eigentum darüber zukame, VON LYNCKER in  
in anal. ad Struuii S. I. F. cap. 13. apb. 5. p. 79. und  
anal. ad Struuii S. I. C. L. 24. tit. 1. §. 36. p. 283.  
STRAVCH in diff. ad ius Iustin., diff. 3. §. 20. p. 36.  
VON WERNHER P. 7. obs. for. 51. n. 6., VON LEYSER  
in med. ad. n. Spec. 434., VON EYBEN ad insit. L. 2.  
tit. 8. obs. 12. p. 82., demnach solche widerlage nach  
des ehemens ableben auf dessen erben zurückfällt, L. vit.  
C. de don. t. ante nupt., HYBERL. c. L. 2. Tit. 8. §. 8. p.  
143., HOEMANN l. c. p. 27., darneben was oben von  
dem Teutschen leibgedinge vorgebracht worden, allhier in  
keine betrachtung kommt, sintemahl der fräulein braut  
§. 5. der eheberedung ausser den 3000. widerlage, noch  
400. rthlr. jæhrliche wittumsgelder zugelacht sind, und  
wie diese das eigentliche leibgeding ausmachen, also je-  
ne für nichts anders, als die Römische widerlage ange-  
sehen werden können, absonderlich da bey dem Teutschen  
leibgedinge rechtens ist, daß der brautsehatz in den gü-  
tern des bräutigams verbleibe, und nicht wieder zu-  
rückfalle, dabier aber im §. 6. der ebestiftung ausdrück-  
lich zu sehen:

„ Daß im falle der von C\*\*\*\* verstürbe, und kinder nach  
„ sich liesse. auch die frau wvitbe zur andern ebe schritte,  
„ ihr der brautsehatz an 3000., rthlr. ferner die morgen-  
„ gabe an 2000. rthlr. verahfolget werden soll. „ cet.  
„ im mindesten aber wieder in ersagter eheberedung noch  
„ in dem C\*\*\*\* letzten willen etwas von der wider-  
„ lage gedacht worden; indessen der herr von C\*\*\*\* ei-  
„ ne besondere achtung für seine ehegenossen getra. en. ange-  
„ sehen er diese zu seiner erbin im letzten willen einge-  
„ setzet

Setzet, zu dem das leibgeding nach verüktem vvitbenstule aufhæret, ESTOR l. c. §. 253. p. 208., BOEHMER de secund. illustr. person. nupt. cap. 2. §. 37., vvorwegen nichts thut, wenn §. 3. der ebestiftung dieses gegenvermæchtniß also der frau vvitbe versichert worden, daß vveiland der herr von C\*\*\*\* sich, seine erben und erben zu dessen bezahlung verpflichtet habe, auch nicht zu glauben stehet, daß er seine kinder hierunter mehr, als seine frau ebegevoßin, geliebt haben solte, gestalt genug ist, daß eines theils, den rechten nach, die widerlage der vvitbe, so ibren brautschatz wiederbekommen hat, nicht gehæret, andern theils der herr von C\*\*\*\* in seinem letzten willen der widerlage gar nicht gedacht, vwie dann auch aus dem §. 3. der ebestiftung für die frau vvitbe nichts sachdienliches flüßet, denn obwohl darinnen enthalten:

- „ Daß wider das gegenvermæchtniß nicht die geringste ausflüchte, vvelche sind oder dereinst erdacht werden können, platz finden solten, cet.

„ Jedoch dieses nur auf den fall, wenn die brautgabe in den gütern verbleibet, oder die frau vvitbe ibren vvitbensful nicht verrüket hat, gezogen werden kan; überdies der sohn als lehn oder stammgutserbe seines vaters handlungen vermæge der Teutschen lehnsgewonheiten zu leisten nicht pflichtig.

Soerscheineth damenhervor so viel, daß die C\*\*\*\*ische frau vvitbe, gestalten sachen nach, die in frage gekommene 3000. rthl. widerlage mit bestande vom lehn oder stammgutsfolger nicht fordern könne.

## VI.

Quae vt rite intelligantur, ponderanda erunt, quae hac *Ant. Mat.* de re commentatus est ANTONIVS MATTHAEI parte *thaei de* observationum rerum iudicatarum obs. I. n. 95. 101. II. *antiph.* P. 48. sq. „ Et quantum, inquit, ad doerium, vt hoc obj. *ne doctri-* „ ter etiam dicam, quia eiusiam memini Multum enim *na.* „ differunt doerium et donatio propter nuptias. *Dona-*

„ tio propter nuptias a marito fit tantum, §. 3. *inst.*  
 „ *de donat.* Doerium autem constituunt et maritus  
 „ et vxor. Statim accipiantis fit, quod propter nu-  
 „ ptias donatur, d. §. 1. L. 20. C. *de iur. dot.*, GVDELI-  
 „ nus I. *de iure nouissimo* 8. n. 1., RITTERSHVSIVS parte 5.  
 „ *expos. nouellarum* cap. 1. n. 11. Doerii autem do-  
 „ minium non transit, nisi tum, cum decedit consti-  
 „ tuens. *Ordinum decif* artic II, in fine. Si solum  
 „ fit matrimonium, donatio propter nuptias ad vxo-  
 „ rem reuertitur, cap. vlt. X. *de don. int. vir. et vx.*,  
 „ arg. L. 8. §. 4. et 5. C. *de repud.*, GVDELINVS  
 „ d. loco. Sed nunquam redit doerium ad eius suc-  
 „ cessores, qui illud ipsum constituit, vt a curia pro-  
 „ uinciali Ultraiectionis iudicatum anno 1634. d. 13. april.,  
 „ *resp. Holl* 3. P. 2. *conf.* 54 n. 23., EUEKHARDVS *conf.*  
 „ 217. n. 8. sqq. Scio, sunt, qui dissentiunt, et ne-  
 „ gant, fieri accipientis, quod propter nuptias do-  
 „ natur, BACHOV. ad §. vlt. *inst. de donat.* et ad *Treit-*  
 „ *lerum* 2. *disp.* 19. th. 8. lit. B., WISSENBACH ad *inst.*  
 „ *disp.* 14. th. 16. Putant autem, nec dominium,  
 „ nec veram rei possessionem in vxorem transferri,  
 „ arg. L. 29. C. *de iure dot.*, nou. 61. c. 1. Sed con-  
 „ trarium est verius. Donatio est modus, quo transfer-  
 „ tur dominium, pr. *inst. de donat.* Nec vpiam, puto,  
 „ excipitur donatio propter nuptias, GVDELINVS d.  
 „ loco. Habet vxor quidem pignus in re dona-  
 „ ta, sed non sequitur propterea, vt non habeat do-  
 „ minium, arg. L. 145. D. *de reg. iur.* Pignus e-  
 „ nim habet, quia tantum ad tempus, dum matri-  
 „ monium adhuc constat, habet rei dominium, so-  
 „ luto matrimonio res redeunt ad maritum, d. nou.  
 „ 61. c. 1. §. 3. in fine, cap. vlt. X. *de donat. inter*  
 „ *vir. et vxor.* Aequum autem, vt cum habeat in-  
 „ distincte hypothecam in omnibus mariti bonis,  
 „ quo magis dos sit in tuto, L. 12. C. *qui pot. in pign.*  
 „ per consequens etiam habeat, solutis nuptiis, in  
 „ iis,

„ iis, quae maritus tum recipit. Maritus, etiam,  
 „ ut scimus, est dominus quidem dotis, sed, quia  
 „ tantum ad tempus, dum nuptiae adhuc constant,  
 „ praestare in ea debet etiam dolum et culpam, L.  
 „ 17. D. de iur. dot., quamvis nemo alioquin prae-  
 „ ster culpam in re sua L. 21. C. mand. Valer qui-  
 „ dem pactio haec etiam iure Quiritium, vir, ut do-  
 „ tem retineat, vxor contra, ut rem donatam pro-  
 „ pter nuptias, L. 9. L. 10. C. de pact. conu. Sed  
 „ nondum tamen idem donatio propter nuptias et  
 „ doerium propterea: nam nec utimur iam dote,  
 „ nec necesse, ut utrimque sit doarii aequalitas, uti  
 „ dotis desideratur et donationis propter nuptias  
 „ nou 97. pr. et §. 1. auth. aequalitas. C. de pact. conu.  
 „ Plurimumque enim vir vxori alterum tantum consti-  
 „ tuit. Dixi, nisi tum, cum decedit constituens.  
 „ Fallitur autem MATTHAEVS, quod ad ius Romanum,

## OBSERVATIO VII.

DE  
 PORTIONE STATVTARIA  
 VIDVARVM EQVE-  
 STRIVM.

## §. XXVI.

Diem suum obierat anno R. S. clo lo cccxxxv. *Visto enar-*  
 C. L. S. de S. eques Hassiacus relictis filiabus ac vi- *ratur.*  
 dua. Praedia feudalia et genearchica cedebant pro-  
 ximo agnato, allodialia cetera filiabus. Viduae in ta-  
 bulis dotalibus constitutum erat dotalitium. Lautior  
 tamen viduae videbatur portio statutaria.

1.  
 Consultus hac de re PRAESES, negabat, eam portionem *Negatur*  
 viduas

haec portio  
viduae e-  
questri.

Adferun-  
tur dubia.  
Secundum  
capitula-  
ria, ea de-  
betur e feu-  
do.

Quae ta-  
men vsus  
antiqua-  
uit.

Argumen-  
tum e vici-  
na Coloni-  
ensi pro-  
uincia pe-  
titum.

viduas equestris ordinis in prouinciis, vbi vel Saxo-  
nicis vel Lubecensibus iuribus hauri viuitur, petere  
posse a liberis. Viduae quidam persuaserant, in ar-  
bitrio eius esse positam, velint dotalitium eligere,  
vel dotem repetere, vel etiam portionem statutariam  
petere a filiabus? Susceperat vero sponte agnatus  
successor in transactione, cum filiabus inita, ob dotem  
in pactis dotalibus commemoratam, dotalitii onus.  
Fac interea, successorem agnatum declinasse hanc prac-  
stationem, ac demonstrationem dotis, a vidua nume-  
ratae, petiisse; optionem tamen statutariae portio-  
nis aio cessauisse. Siquidem hanc iura Germanica  
et feudalia, in imperio, vt loquimur, ignorant.  
Probe quidem noui, Ludouicum, Augustum libro  
III. capitularium Francorum cap. 9. col. 776. consti-  
tuisse, vt „ de his rebus, quas is; qui illud bene-  
„ ficium habuit, ALIVNDE adduxit vel comparauit,  
„ vel ei ab amicis suis conlatum est, tam ad ORPHA-  
„ nos defunctorum, quam ad VXORES eorum perue-  
„ niant. „ Mens itaque Ludouici est haec, vt nimi-  
rum ex rerum feudalium adquaestu partem tertiam  
caperet vxor, ac reliquae res inter viduam et mariti  
heredes aequa lance diuiderentur.

## II.

Verum vsu contrario antiquatam esse hanc constitutionem,  
loquitur quotidiana experientia.

## III.

Interea tit. VIII. §. 3. der Cölnischen rechtsordnung fuit  
constitutum: daß der letztlebende von beiden eheleuten den  
heiratspfennig erblich behalten, in allen andern aber des  
erst abgestorbenen zugebracht wie auch stehender ehe an-  
erfallenen liegenden oder beweglichen gütern, rentschrei-  
bungen, sie seyn losbar oder unlosbar, so dann die (worun-  
ter auch die baarschaft von abgelegten jährlichen renten  
mit



DE PORTIONE STATVTARIA VIDVAE CET. 71

mit zu verstehen) sein lebenslang, es thue sich dasselbe wieder verbeirathen, oder im Wittwenstand verharren, leibzüchtig verbleiben.

III.

A partibus viduae quidem stare videbantur **BENEDICTVS** *Alia argu-*  
**CARPZOV**, qui *iurisprudentiali forensi parte II. constit. menta,*  
 44. definit. 8. n. 8. p. 313. „dicendum ergo, ait, *quae prae-*  
 „quod res est, viduam nempe nobilem, quoram bono- *ses pro vi-*  
 „rum statuatariam petentem, omnino audiendam es- *dua con-*  
 „se, si dori ac dotalitio, nec non sponsalitiac largi- *quisiuerat.*  
 „tati, aliisque iuribus, viduae competentibus, re-  
 „nuntiare velit. „ Laudauit eum in finem **CARPZO-**  
**VIVS** **MATTH. COLERVM**, **ANDR. GOLDBACHIVM**, **REIN-**  
**HARDVM**, **MATTH. WESENBECIVM** et **IO. SCHNEIDEWI-**  
**NVM**. Idem docuit **CARPZOV** libro VI. tit. 6. *respon-*  
*so iuris electoralis* 59. n. 18. p. 1412., adprobarunt  
 que hanc opinionem **BYRCH. GOTTH. STRVVIVS** in *ele-*  
*mentis iuris feudalis cap. XVI. §. 35. p. 544.*, et **AVGVSTIN:**  
**A LEYSER** *specimine* 317. *meditatione* 9. p. 357., qui, vi-  
 duae nobili, inquit, electio inter dotem dotalitium et  
 portionem statuatariam comperit.

V.

At vero recte monuit **CHRISTOPH. PHIL. RICH. Carpzouio**  
**TER** *de iure et ordine successione ab intestato sect. recte inte-*  
 III. membro III. n. 81 sq. p. 462, constituto in pa- *cessit Rich-*  
 ctis dotalibus dotalitio, optionem portionis statuta- *ter.*  
 riae cessare, quippe quae **RICHTERI** aetate, in pro-  
 uincijs Saxonis Ernestinae stirpis erat quarta, in **Al-**  
**bertinis** vero tertia bonorum pars, **RICHTER** l. d. p.  
 461. n. 74. Ea portio viduae vel ideo negatur, quia haec  
 in detrimentum filiarum, tabulas dotationales mutare ne-  
 quit, **RICHTER** l. d. p. 461. n. 80. Hinc **ICti** **Ienen-**  
**ses** anno 1647. responderunt de iure consulti: *daß*  
*gestalteten sachen nach, sonderlich wegen der auf-*  
*gerich-*

gerichteten ebesitzung, und darinnen bestimmten leibgedings itzt besagte adeliche witwe aus ihres verstorbenen ebeinckers erbschaft die portionem statutariam zu fordern nicht befugt. RICHTER l. d. p. 462.

## VI.

*Ufus feudorum negent viduae hanc portionem.*

Quibus accedit, quod *usus feudorum* viduae quartam vel tertiam e feudo denegent, 2. feud. 8. §. vlt. ibique CASPARVS BITSCH p. 261. *commentarii in consuetudines feudorum*, vbi adnotauit, Romanos non quartam bonorum, sed quartam partem doris intellexisse. Vno verbo: feuda ignorant portionem statutariam, testibus perillustri camerae adfessore CHRISTIANO NETTELBLADT *de portione coniugum statutaria Lubecensi* sect. III. §. XI. p. 126., IVST. HENNING. BOEHMERO T. 2. P. 2. *consil.* 866. n. 20. p. 150. Idem dicendum de bonis genearchicis siue fideicommissis subiectis, NETTELBLADT l. d. §. XII. p. 128., DAV. MEVIUS in *commentario ad ius Lubecense* art. 12. P. 2. tit. 2. n. 303. p. 189.

## VII.

*Contrauit Landolfus.*

Verum nunc nouum praesidi dubium mouebat GE. MELCHIOR DE LVDOLE, cuius auctoritatem rem totam conficere non nulli credunt. Is vero *de iure feminarum illustrium* parte II. cap. II. §. 4. p. 99., de lucro, ait, „statutario, an inter illustres habeat locum, ali, „quando fuit dubitatum, vel etiam de eo, quod „ciuili iure Romano de successione ab intestato „est constitutum. DIVERSVM CVR INTER ILLVSTRES OBTINERE DEBEAT, NON VIDEO. At quoniam in fine §. ipse LVDOLEVS de sua opinione desperauit, ipsa experientia quotidiana ei refragante, non est, vt huic confutando inhaereamus.

*Sed frustra*

## VIII.

*Pro hac*

Supereft FRANCISC. ERIDER. L. E. AB ANDLER, qui L. 2. tit. n. 51.

15, n. 7. et 12. *iurisprudentiae qua publicae qua priua- portione*  
*tae p. 438. sq. censuit, viduas inopes, etiam illatres, militauit*  
 admittendas esse ad beneficium quartae, ope auth. *Andler.*  
 Praeterea C. *unde vir et vxor*, idque per cap. 15. X.  
*de foro competenti* et auctoritate ANDREAE GAILLI libro  
 1. *obseruatione l. n. 40. liquere; ideo dotalitium non*  
 tollere beneficium dictae authenticae, ne dignitas  
 et nobilitas operetur diminutionem commodorum,  
 ex legibus prouenientium. Praeterea in arbitrio vi-  
 duae esse positum, vtrum dotalitium, an quartam  
 eligere velit?

## VIII.

Interea qui ita rationes subducunt, se alba et atra discer- *Qui abes-*  
 nere non posse, profitentur. Anne authentica de *rans pari-*  
 praediis feudalibus et genearchicis loquitur? Neuti- *ter in vi-*  
 quam, sed agit de patrimonio, de quo dominus li- *am redu-*  
 bere potest disponere. Istam igitur ad Germanorum *citur.*  
 praedia clientelaria et stemmatica, vt vocantur, mi-  
 nime quadrare, vident omnes.

## IX.

Acu rem tetigit Georgius Wilhelmus marchio Branden- *Laudatur.*  
 burgicus Culmbacensis, qui anno 1725. *in den con- Culmba-*  
 firmirten lebnsgewohnheiten ita sanxit. §. 4. *ob auch wohl censis con-*  
 sonst, nach landesgewohnheit eine mittib ibren kindes- *stitutio.*  
 theil mit und nebst den sähnen und toebtern zu erben, und  
 also iure successionis für ein kind mit gerechnet zu mer-  
 den pflegt; so bat doch solches respectu der ritterlebne seinen  
 abfall, als woran eine mittib kein mebrers, als was ihr  
 vom marito mit lebnberrlicher bewilligung verschrieben,  
 zu praetendiren vermag etc. 10. CHRIST. LÜNIG. *corpo-*  
*ris iuris feudalis col. 1228.*

K

§ XXVII.

*Differentia  
a portione  
Romanae  
et Germanicae.*

*Describitur portio  
statutaria.  
Variat eius  
quantitas.*

*Praeter  
Saxones ea  
viget  
in Meclen-  
burgica  
provincia,*

§. XXVII.

Alia interea est portio illa iuris ciuilib, coniugi inopi debita, alia iterum illa iuris Germanici.

I.

Fluit haec e veteri illa Germanorum communiōe bonorum, ac consistit in certa quantitate, quam coniux superites e defuncti bonis capit. Variat illa pro locorum et prouinciarum diuersitate, quum modo virilis est, vti apud Brunsvicensēs, modo dimidiam hereditatis complectitur, exemplo Lubecensium, Mindensium, modo bonorum parte tertia absoluitur, vti apud Ripuarios, tit. XXXVII. §. 2. *legis Ripuariae*, modo quarta, modo, vti in Saxonia electorali, si liberi supersunt, consistit in quarta, iis vero non existentibus, in tertia parte hereditatis mariti, deducto tamen aere alieno, sub onere conferendi omnia sua bona, LÜDER MENCKEN in *synopsi theoriae et praxeos* n. L. 38. p. 793. §. 35.

II.

Alia est ratio earum viduarum equestrium, quibus constitutiones prouinciae dari portionem iubent de rebus mariti allodialibus, v. g. in prouinciis Meclenburgicis, Marchicis et Pomeranicis. De istis egit perillustri CHRISTIANVS NETTELBLADT *de vidua nobili Meclenburgica praecipue de portione viduarum nobilium in Megapoli statutaria* §. 5. p. 7. ibi enim dimidia mobilium et allodialium viduae tribuitur. Compara PETRVM TORNOVIVM *de feudis Meclenburgicis* P. I. cap. 3. sect. 2. § 38 p. 497. sqq., HENRICVM HVSA NVM cap. 25. *iuris feudalis Meclenburgici* apud GORG. GVSTAV. GERDESIVM *in der sammlung Mecklenburgischer schariften und arkanden* P. I. p. 48. sq. et DAVIDIS MEVII *iuris prouinciale Meclenburgicum* tit. 6: §. 26. apud ERNESTVM IOACH. DE WESTPHALEN *tomus I. monumentorum ineditorum rerum Germanicarum* col. 675.

DE PORTIONE STATVTARIA VIDVAE CET. 75

675. Viduae equestri Pomeranicae dari praecipunt constitutiones dimidiam rerum, quas defunctus reliquit, hereditariarum, puta mobilium atque pecorum et supellectilis argenteae, bonorum immobilium ciuicorum, ac fructuum, tempore mortis exstantium. Exciipiuntur tamen mariti pecunia parata, nomina, clinodia, catenulae, vestimenta, apparatus librarius, res expeditoriae, IO. BR. ENGELBRECHT in introductione in notitiam iuris feudorum Pomeraniae Sueciae cap. 8. §. 31. p. 123. Reliqua viduarum equestrium Pomeraniae iura enumerauit CONR. FRIEDLIEB A FRIEDENBERG in iure feudali Pomeranico col. 1871. apud ERNEST. IOACH. DE WESTPHALEN tomo II. monumentorum ineditorum rerum Germanicarum.

III.

In archiepiscopatu Coloniensi viduas debetur vsusfructus feudi, *statuta Coloniensia tit. 8. ff. 3.*, GE. MELCH. DE LVDOLF obseruat. 13. p. 45. Vasallo Iuliacensi licet, vxori suae attribuere feudi vsusfructum, vel per pacta dotalia vel per vltimam voluntatem, *ordinatio Iuliacensis cap. 94.* Ioachimus I. elector Brandenburgicus anno 1529. constituit: *welches von eheluten des andern tod erlebet, behalt nach alter gemohnheit, das halb gut, an liegenden gründen und sabrender habe.* IO. CHRIST. LÜNIG in corpore iuris feudalis T. 2. col. 793. Iura viduarum equestrium Bremensium leguntur apud eundem LÜNIGVM l. d. col. 1390. seq.

*Iura viduae in feudis coloniensibus et Iuliacensibus, ac Marchicis itemque Bremensibus.*

OBSERVATIO VIII.

DE

IVRE VIDVAE EQVESTRIS RATIONE  
ADQVAESTVS.

§. XXVIII.

Quum anno R. S. clolcccxxxvi. vita decessisset G. W., S., de S. magnis opibus praeditus eques Has-

*Inspectio quaedam de viduae*

K 2

equestris  
adquaestu

fiacus, ac cogitasset vidua L. S. de S. de adquaestu copioso, huiusque partem, petere a liberis apud animum constituisset; hoc a vidua captum consilium illi PRAESES dissuasit.

## I.

Argumen-  
tum vidu-  
ae primum  
confuta-  
tur.

Nixa exemplo equitis faris locupletis eiusdem loci, qui coniugi suae in pactis dotalibus, quamdam pecuniae summam promiserat, ne vidua a liberis suis peteret adquaestus vllam partem. Pactum eiusmodi speciale ad rem quidquam facere, PRAESES negabat. De eo quidem constat inter omnes, inter coniuges Hassiacos, quod ad successionem in adquaestum attinet, illam generatim vigere in Hassia; id quod loquitur experientia quotidiana ac docent mores Hassiaci, qui leguntur tomo III. *selectorum SENCKENBERGIANORVM* p. 275. sqq. itemque *die Stadt und landsgewohnheiten des oberfürstenthums Marburg, wie solche auf landgrafs Ludewigs zu Hessen 1572. ergangene ausfchreiben überreicht worden* in mss. Verumtamen quum haec consuetudines de ciuilibus rusticisque generis coniugibus tantum agant, nullum inde praesidium viduae equestri.

## II.

Argumen-  
tum II.

Veniebant quidem, teste c. CORNELIO TACITO c. XVIII. de moribus Germanorum, vxores maritis laborum periculorumque sociae, idem in pace passurae, idem in praelio ausurae, hoc iuncti boues, hoc paratus equus, hoc data arma denunciabant. Et c. IULIUS CAESAR de Gallis in *commentariis de bello Gallico* libro VI. §. 1. 2. „viri, ait, quantas pecunias ab vxoribus dotis nomine acceperunt, raptas ex suis bonis, aestimatione facta cum dotibus communicant. (Gallorum instituta decempecta Romanam

DE ADQVAESTV VIDVAE EQVAESTRIS CET. 77

mana dimensum esse CAESAREM quis non videt?  
Fac autem Gallos Romanorum mores hac in parte  
sequutos fuisse. Interea quod addidit IULIVS, Germa-  
nica sapit instituta: „ Huius omnis, inquit: pecuniae  
„ coniunctim ratio habetur, fructusque sequuntur.  
„ Vter eorum vita superarit, ad eum pars vtriusque  
„ cum fructibus superiorum temporum peruenit.

III.

Non obscure haec innuunt quaedam communionis bono-  
rum vestigia, quae magis magisque fuit exulta, *Vestigia*  
vetustissi-  
quum bonis abundare coeperunt Germani. IVST. NA COMMU-  
HENNING. BOEHMER de priuatione bodierna dotis et sta-  
tionis bo-  
nutariae portiois ex capite adulterii, p. 58. §. 17. norum.

III.

At mira hic tropica instituit ius Romanum, postquam iu-  
ra Germanica deseruerunt iudices, eiusque commu-  
nionis, tamquam iuri Romano et pontificio minus *Quam in-*  
conuenientis, nullam habendam esse rationem, sta-  
tuerunt, docente CHRISTIANO GODEFREDO HOFEMANNO *terturbat-*  
ad constitutionem Ioachimi electoris Marchicam. p. 23, *uit incauta-*  
plicatio *iuris Ro-*

§. XXVIII.

E medio quidem bonorum communionem tol-  
lere ausi sunt iuris Romani studiosi, sed eam retinu-  
ere Belgae integram, teste ABRAHAMO A WESEL de *Eius reli-*  
quae tam-  
quam e  
naufragio.  
commubiali bonorum societate libro I. n. 6. p. 6. aliae-  
que Germaniae regiones. Apud alias vero eius reliqui-  
ae quaedam supersunt ac vestigia et conclusiones, in  
aliis vero eam in fugam dederunt Romani iuris cultor-  
es, vel minus recte e regulis societatis Romanae eam  
deduxerunt, teste IVSTO HENNINGIO BOEHMERO de com-  
munionis aeris alieni inter coniuges Hamburgenses, §.  
15. p. 14. Et longe pinguior ille quaestus societate Ro-  
mana

mana, ABRAH. A WESEL *de quaestuum inter coniuges communiione* n. 162. - 164. tract. II. cap. 2. p. 138.

*Variae eius denominationes apud Germanos.*

I.  
Vocatur illa *das erworben*, id est studio vel labore acquisitum; *erkoberung* ab *erkobern*, acquirere, obtinere, 10. SCHLITZER in *glossario Teutonico* p. 270.; *errungenschaft*, bona acquisita, ab *erringen*, *ringen*, consequi, acquirere. Enimvero *ringen* notat vincere, pugnando superare. Adquirentes autem pugnantibus sunt similes. Quemadmodum enim certantes victoriam reportant; ita coniuges improbo labore bona, quae sibi proposuere, labore obtinent. 10. GE. WACHTER l. d. col. 1297. Inde *gemein gut*, commune patrimonium, *gemeinschaft der güter*, communitio bonorum, *gewonnen gut*.

*Discriminis inter conquaestum et adquaestum nullam habemus rationem.*

*Sella viduitatis apud Mecklinenses.*

II.  
CAROLVS MOLINAEVS *ad consuetudines Parisienses* §. 30. n. 189. distinguit inter conquaestum et adquaestum. Hunc vocat, quando rei acquisitae proprietates pertinet ad unum coniugem, dimidia vero pars precii eiusdem rei deferretur ad heredes alterius coniugis. Conquaestus autem ei dicitur, quando rei acquisitae proprietates pro parte dimidia pertinet ad maritum, et altera dimidia pars est vxoris. Verum ICI hiis vocibus promiscue vtuntur, teste PAVLLO CHRISTINAEO in *leges municipales Mecklineenses* p. 615. n. 7., quae etiam viduae tribuunt sellam viduitatis, i. e. mobilia quaedam, quae capit in antecessum, praeterea *doarium* consuetudinis viduae adscribit dimidiam adquaestus in allodiis, non in feudis, itemque vsufructum in dimidia immobilium CHRISTINAEVS l. d. p. 592. Aliud est doarium, conuentione definitum.

*Inter ple-*

§. XXX.  
Haec bonorum communitio paene communis esse



DE ADQVAESTV VIDVAE EQVESTRIS CET. 79

se coepit Germanis cunctis, vt non solum adquasstus, *rasque*  
sed etiam bona pleraque habita sint communia. *gentes vi-*  
*guit haec*

I.

De hac re fidem faciunt *ius Saxonicum prouinciale* L. 1. art. 31. et *ius Alamannicum* cap. 46. Hinc Westphali, Holfati, Bremenses, Luneburgenses, Thuringi, Anhaltini, Marchici, Pomerani, Meclenburgici, Sueui, Wirtembergici, Badenses, Palatini, Hassi, Francones, communionem bonorum obseruarunt. Prout vero a patriis moribus vel descitum, vel ii seruati fuerunt, illa communio nunc alicubi omnia bona alienabilia, nunc alicubi certum dumtaxat bonorum genus, nunc alicubi adquasstum tantum adficit.

*commu-*  
*nio.*

§. XXXI.

Quumque equestris ordinis mariti vel feuda vel *Exulat in*  
praedia genearchica possiderent, quae alienari non po- *feudis et*  
terant; facile patet, neque in feudis, perhibentibus A- *praediis*  
BRAH, A WESEL *de conubiali bonorum societate* tract. *genearchi-*  
I. n. 50. p. 24. et ANTONIO MATTHAEI *de pa-*  
*roemiis Belgarum* paroem. VIII. p. 285. n. 10., neque  
in praediis auitis, A WESEL l. d. n. 83. p. 32. et *de*  
*quaestuum inter coniuges communiione* tract. II. n. 142 -  
144. p. 134. cap. 2., neque in illis, quae fideicom-  
missio familiae subiecta sunt, idem l. d. n. 86. p. 33.  
communioni bonorum locum esse potuisse.

I.

Quidquid enim maritus alienare nequit, in eius commu- *Cur?*  
nionem admittere non potest vxorem.

II.

Licet in fructibus feudorum illa vigerit communio. Siqui- *In fructi-*  
*dem bus feudo-*

rum cet. et  
locus erat.

dem hi non sunt feudales, sed allodiales, FRIDER. A SANDE *de feudis Gelriae* tr. 2. tit. 2. c. 5. §. 1. n. 5, p. 355. Fructus autem constante matrimonio percepti, communes fiebant, ABR. A WESEL *in commentario ad constitutiones nouellas Ultraiektinas* p. 33. n. 33. art. 6.

## III.

Probat  
e capitula-  
ribus,

Firmat haec Ludouicus, Augustus libro III. *capitularium* cap. 9. col. 776. editionis Baluzianae, „ volumus, „ ait, VI VXORES defunctorum post obitum marito-  
rum TERTIAM PARTEM CONLABORATIONIS,  
„ quam simul in BENEFICIO conlaborauerunt, ac  
„ cipiant. „ Idque etiam reginae obseruarunt, quae terti-  
am illam thesauri partem, a rege relictam, tamquam  
portionem adhaerens legitimam, sibi vindicarunt, do-  
cente IO. GOTTL. HEINECCIO *in elementis iuris*  
*Germanici* L. 1. tit. 12. §. 271. p. 221.

et exemplo  
regina-  
rum.

## III.

Quid rati-  
one feudi,  
a coniugi-  
bus emi?

Immo, si quis feudum emisset, et pecunia haec cum v-  
xore communis fuisset, mortuo marito vxor precii  
semissem a feudi successore petere poterat, CORNEL.  
NEOSTADIVS *de feudi Hollandici origine* p. 15. sq. n.  
18. sqq.

## V.

Ad qua-  
stus erat  
ratione e-  
questrium  
mulierum  
in usu.

Inde factum, vt adhaerens pro vxore haberetur ra-  
tio, praesertim quum cura praediorum horum cul-  
turae illi incumberet. Maritus enim, vel ob seruitia e-  
questria, vel in praesidio, quae castrensia dicuntur,  
vel ob aulica, rei oeconomicae diligentem operam  
naurare haut poterat.

## VI.

Testimo-  
nium Ritt-  
bergicum

Ideo dicasterium Rittbergicum perhibuit testimonium,  
ob societatem vniuersorum bonorum, adhaerens se-  
missim

missum sibi vindicare viduam, IO. NICOL. HERT  
*decisione* 316. p. 785.

## VII.

In provincia, quae parer antistiti Colonienfi, tit. VIII. §. 4. *Iura Colo-  
 mensia.*  
 des ertzstifts Celn rechtsordnung est sancitum: die  
 in stehender ebe anerkonnene liegende güter sollen alsdann,  
 wann keine kinder noch widrige pacta dotalia vor-  
 handen, freundtheilig seyn, des erst abgestorbenen näch-  
 sten erben zu einer halbscheid, und dem letztlebenden ebe-  
 gatten zur andern halbscheid eigenthümlich zufallen, je-  
 doch diesem von allen solchen gütern, die leibzuelt gegen  
 aufrichtung eines inventarii und gebührliche caution auf  
 erfordern seine leibzeit verbleiben. Mobilia vero super-  
 stiti pleno addicuntur iure tit. VIII. §. 4. Dimidi-  
 um quoque adquaestus tribuunt Wirtembergici  
 coniugi superstiti, P. 4. des landrechts tit. V. §. und dann  
 bat p. 441. In regionibus Rheni superioribus marito duae  
 partes adquaestus, vxori autem tertia pars cedunt.  
 GOSWINVS AB ESBACH ad Carprouium p. III. const.  
 35. p. 526. sq.

## §. XXXII.

Maximus tamen fauor sexus masculini hic prae- *Ab usure.*  
 ualuit. Intererat enim caesaris ac principum, vt pro- *cessit.*  
 pter impensas militares, mas praecipui quid haberet  
 prae femina. Praetexentes huic suae voluntati tum  
 familiae conseruationem, tum iuris Romani scita, ta-  
 lem adquaestum ignorantia, aequae ac ius feudale Lon-  
 gobardicum, de adquaestu silens. Mariti pariter re-  
 rum suarum ac masculae stirpis studiosi illam commu-  
 nionem euitabant in pactis dotalibus. Inde factum, vt  
 euanuerit bonorum communio etiam ratione adqua-  
 estus inter equestris ordinis Germanici coniuges. Qua-  
 propter CORN. NEOSTADIVS de pactis antenuptiali-  
 bus

*bus obseruat.* 9. in nota perhibet, ab Hollandiae curia  
suprema concordibus suffragiis fuisse iudicatum, quod  
inter magnates siue maiorum gentium nobiles non  
obtineat bonorum communio. Reliquos nobiles Bel-  
gas interea, qui mercaturae operam dant, obseruare  
communione bonorum, auctor est ABRAHAMVS  
A WESEL de *connubiali bonorum societate, tractatio-*  
*ne* l. n. 26. p. 9.

## I.

*Praeser-*  
*tim in*  
*Hassia sit-*  
*teriori.*

*Enarran-*  
*tur perso-*  
*nae, inter*  
*quas viget*  
*bonorum*  
*communio.*

In Hassia ditionis Marburgicae ex constitutione Wilhelmi  
Hassiae landgrauii, anno cloccccxxxvii. promul-  
gata, quae in iudicando hodiernum obseruatur, san-  
ctum, vt inter hos coniuges tan um adquaestus et  
communium debitorum habeatur ratio: *gewandt-*  
*schneider (tuchkramer) und kremer, die zum krame, ge-*  
*welbe oder laden sitzen, und verkaufens warten. Auch*  
*wechsler und offen gastgeber oder wirt. die gemeynlich*  
*fremde leut pflegen zu heberberg-n, und auch die so zu*  
*offen markt sitzen und zu handeln pflegen. Auch so*  
*mann und weib ire keuse und handthierung, zu gemeyn-*  
*nem und jr beyder gewerbe, narung und nutz farnemen.*  
*In solchen und dergleichen sellen, uff erkenntnis des rich-*  
*ters, so spenne darinn entstunden, sellen mann und weib*  
*beyderseit zu bezalen verpflicht sein. Doch also, das*  
*die frau an solcher gemeiner handt- rung mit irem mann*  
*gleichen geminn nemen und empfahen sol.*

## II.

*Constitutio*  
*haec ty-*  
*pis ex scri-*  
*pta.*

Leguntur haec in der gerichtordnung, so der durchblechtig  
hochgeborne fürst und br., br. Wilhelm weilant land-  
graff zu Hessen etc. an der Læne auffgericht und geord-  
net anno cloccccxvii., gedruckt zu Marburg 1557-  
in 4to.

## III

## III.

*Inter quos  
coniuges*

Ex hac constitutione sequitur, ut vxoribus et viduis, quae de iure nupserant maritis aut togatae aut sagatae militiae, Hassiaco regimena Marburgicum haut adiudicet vllam adquae nullum ad-  
stus partem. In promptu causa est, Vbi enim nulla quaestus  
collaboratio, ibi cessat adquaestus. Iccirco vxores *lucrum?*  
equestres, consiliariorum, professorum, aduocato- *Litterato-*  
rum, parochorum, praefectorum iurisdictioni, ta *rum et mi-*  
bellionum, scribarum, militibus gregarijs praefecto *litum vxor-*  
rum, in Hassia Marburgicae ditionis, qua tempore *res non te-*  
Wilhelmi Landgrauii patuit, non potiuntur adquae *nentur ad*  
stu. Cessante igitur adquaestus lucro, cessat quoque *exsolu-*  
onus exsoluendorum debitorum maritalium. Ideo dum aes *on-*  
illorum vxores, ac viduae, ad solutionem aeris alieni, *alienum*  
durante matrimonio conflati, non sunt obligatae, ni- *mariti,*  
si vita sua prodiga et effusa, aut in re familiari parum *nisi mala*  
diligentes, hanc comminutes, maritis fuerint ad- *rei famili-*  
iurices, et hos ad incitas redegerint. Siue itaque ma- *aris admi-*  
ritus siue vxor patrimonium in ventre profundo cir- *nistracione*  
cumferant, perinde erit. *sunt in cul-*  
*pa.*

## §. XXXIII.

Anno clō Io cccxxxv sanxit potentissimus Sue- *Species,*  
ciae rex FRIDERICVS in der kœniglichen fürstlichen *quibus*  
Hessischen processordnung §. 39.-40. iussitque, cunctos *vxores ad*  
Hassiacos iudices condemnare ad soluendum vna cum *soluenda*  
marito aes alienum vxores, quibus coniugibus com- *debita ma-*  
mune negotium (die gleiche handthierung treiben, und *riti obli-*  
der gewinn ihnen beiden zu nutz und nahrung kœmmt,) *gantur.*  
vel si vxores partem quaerant adquaestus (oder wo  
sie keine gleiche handthierung und dennoch die ehfrau an  
der errungenschaft theil haben will, sie auch die schulden  
mit bezahlen solle.)

L 2

I. Ger:

## I.

*Fundamentum  
huius constitutionis.*

Germani hac de re ita statuebant: vbi commune lucrum ac damnum, ibi quoque ad expungenda nomina, ab alterutro contracta, obstricti sunt coniuges. Sed haec obligatio, inueto iure Romano, variis circumscripta fuit limitibus, 10. GOTTL. HEINECCIUS *in elementis iuris Germanici* p. 237.

## II.

*Exponitur  
constitutio  
regia.  
Prima in  
spectio:*

lis, qui nodum in scirpo non quaerunt, haec constitutio regia haut est obscura. Complectitur tres species. Prima est, vt coniuges quibus commune negotium, lucrentur et adquaestum, soluantque simul, si quid adest, aes alienum, siquidem lucrum sine damno deducto, haut intelligitur.

## III.

*species  
secunda.*

Altera visio est, si v. g. litterato aut milite vidua petat a iudice, vt adquaestus partem ferat. Quod si fecerit, obligata esto ad soluendum aes alienum mariti.

## IIII.

*et III visio  
separandae.*

Tertia inspectio haec est, vt, si vidua de adquaestu nihil lucratur, ad soluendum aes alienum mariti non sit obligata. Id quod verba constitutionis, vt iudices secundum ius commune pronunciant, indicant.

## V.

*In quantum  
uxor  
teneatur?*

At hic dubia formant, quaerentes: num vxor tantum teneatur pro dimidia parte sui adquaestus? Aiunt enim vxorem pro sola dimidia aeris alieni obligari 10. HEESER l. d. parte 2. loco XXI. n. 319. p. 1056. ibique laudati. Socii enim, si omnes contraxerunt, singuli tenentur pro rata. Idem iuris est, si maritus v. g. mutuum contraxit, quod in societatis negotia oeconomicamue versum. Interea si maritus et vxor aes alienum communi nomine constauerunt et chirographo

DE ADQVAESTV VIDVAE EQVESTRIS CET. 85

pho subscripserunt ambo coniuges, cessat beneficium  
*auth. si qua mulier C. ad SC. Vellei.*

VI.

Immo ubi maritus vel inidoneus et impar est debito soluendo, *Si maritus*  
 vel est mercator, monente WOLFG. ADAMO LAVTER: *non est par*  
 BACHIO in collegio theoretico practico π. L. 45. tit 2. *soluendo.*  
 §. 23. p. 773. sq., in solidum tenetur vxor, per *novell.*  
 99. cap. I et *auth. hoc ita C. de duobus reis.*

E H I M E T P A.

I.

Vidua indotata vidualitium recte petit a successore feudali. Si *Viduae in-*  
 enim allodium, unde sustentetur, non suppetit, non ideo mi- *dotatae de-*  
 serae fame erit pereundum; sed illa continuat admini- *betur vi-*  
 strationem feudi, iure utens retentionis, donec domi- *dualitium.*  
 nus directus vitalitium, in compensationem officii con-  
 iugalitatis constituit. AVGVSTINVS A LEYSER *specimine 325.*  
*meditatione ad D. 8. p. 419. sq.*

II.

Differt autem dotalitium et viduum, NIC. CHRIST. L. E. *Differt hoc*  
 DE LYNCKER in *analectis ad STRVVI S. I. C. libro 24. ad dotalitio.*  
 tit. I. §. 36. p. 283. Hoc enim viduae sustentatio tan-  
 tum intenditur, illustris IVSTVS HENNING. BOEHMER  
 vol. I. parte II. *conf. CX. n. 8. sq.* Hinc moribus Ger-  
 maniae eius promissio ne quidem necessaria, idem *conf.*  
 CXIII. n. 18.

III.

Varia dotalitii synonyma enumeravit PETRVS MULLER ad *Synonyma*  
 STRVVI S. I. C. *exercitat. 30. §. 36. p. 463. vol. 2. v. buius.*  
 g. agensamentum, superuita, victualitium, vitalitium,  
 viduum, contrados, antifactum, *νπιβολοι*, donarium,  
 doe ium, duarium, douarium, dobarium, *gegen-*  
*steuer*, *widerlag*, *gegengab*, *leibzins*, *leibrente*, *leibgut*,  
*leibzucht*, *leibgeding*, *wittum*.

L 3

III.

## III.

*Dotaliti-  
um non  
est species  
donat. p. n.*

Minus recte sentiunt, qui dotalitium speciem donationis propter nuptias esse contendunt cum AVG. A LEYSER *specimine* 434. *medit.* 13. p. 1197. sq. A via aberrantes reduxit IVSTVS HENN. BOEHMER vol. I. *responsio* CX, n. 7. p. 483. et n. 30 p. 486.

*Rei, in do-  
talitium  
datae  
proprietas  
in viduam  
translata,  
a Carolo  
simplice*

Dotalitium pleno iure, etiam in rebus sacris, vxori datum a Carolo simplice Galliae rege, Frederunam ducente vxorem regniq[ue] consortem (statuente a. 907. die 19 aprilis, docet sequens instrumentum a IO. MABILLONIO lib. VI. de *re diplomatica* cap. 123. productum et a IO. GE. AB ECKHART de *rebus Franciae orientalis* tomo II. p. 818. itemque a STEPHANO BALVZIO tomo II. *capitularium* col. 293. exhibitum. Ea, quae huc faciunt, ita se habent: „ quocirca „ regio eam more propriis rebus *ditare*, duos ei *dotis* „ nomine concedimus *fiscos*, *iugiter* possidendos et pro „ *libitu disponendos*, Corbiniacum videlicet in comita- „ tu Laudunensi, cum *cella*, quae est b. Petri aposto- „ li honori dicata - - et *ecclesia* vna in Craona; Pon- „ tigonem quin in pago Pertenſi super fluuios sal- „ tum et Bruscinonem. „

## V.

*et Heinri-  
co aucupe.*

Eumdem morem, vt nimirum proprietas dotalitii cedat viduae, sequutus viderur Henricus auceps Germanorum rex, qui Mathildae coniugi die 16. sept. anno 929. in IVS PROPRIVM concessit Quitlingaburg, Palith, Northusam, Gronau et Duderſtede. Diploma legitur apud NIC. HIERON. GYNDLINGVM de *Henrico aucupe* p. 315., IO. GE. LEVCKFELDVM p. 15. *antiquitatum Poel- densium* et p. 63. *antiquitatum Halberſtadienſium*, KETTNERVM, HEINECCIVM, RETHMEYERVM, LÜNINGVMQUE. Quae hac de re landgrauii Thuringiae contra djuae Elisabethae facta, quam pontifex Gregorius VIII. a. 1235. caussa cognita inter optimates rei caelestis publice ac solemniter collocauit, teste LAVRENTIO CHERV. NO tomo 1. *bul.*

*Monitum  
de diua E-  
lisabetava-  
rione pro-*



I. *bullarii magni* p. 104., disputarunt, pater ex opuscu-  
lo de comitiis *Hassiae provincialibus* p. 11. *prietatis dotalitii.*

## VI.

Dotis veteris Germanicae exemplum seruaui *MAGNVS Exem-  
AVRELIUS CASSIODORVS* libro III. *variarum* epist. I., *plum an-  
quam* A. C. 500. Thuringiae rex Hermenfridus duce-  
ret uxorem Amalebergam Gotam. „ Huic *donauit* *tiis Gernua-  
nicae.*  
„ (perhibente Theoderico, patre sponsae, rege Italiae)  
„ *eqs* argenteo colore vestitos, quales decuit esse nu-  
„ ptiales -- hunc nobilissimum gregem vel *alia*, quae  
„ direxistis *eximia* -- Adde IO. GE. AB ECKHART I. d. tomo  
„ I. p. 47. et illustrissimum HENRICVM comitem DE  
„ RÜNAV parte II, *der teutschen kayser und reichshistorie*  
„ p. 848.

## VII.

Dotalium sine domini consensu a marito constitutum, *In pro-  
fuit irritum. Docet hoc sententia, quae lata est anno priis rebus  
1420. ac legitur apud CHRISTIANVM VLRIC. GRVPEM p. domini  
560. 566. disceptationum foensum. consensu*  
Hinc Ioanna, viduata Arnoldo ab Amstel, anno 1299. sibi *baud opus.*  
stipulata a domino, vt quaedam bona dotalitii nomine *Secus in*  
data retineret, etiamsi secundo nuberet marito, reliqua *aliis.*  
vero cederent domino. Sin viduata permaneret, vt  
fruaturs dotalio ad vitae dies. In lucem protraxit has  
tabulas ANTON. MATTHAEI *de iure gladii* p. 428. sq.

## VIII.

Fac, ex viro militari aut equestri ordinis te quaerere: *Qui vi-  
num uxori suae, ipso viduatae, vidualitium constitue-  
re velit, si Iuliam, omnibus probriis contaminatam, pudicitiam  
adeoque vomitum et carcinoma a patre, Octauiano Cae-  
sare Augusto dictam, sit imitatura? Quare ex ipso: tam statu-  
vtrum dotalium assignaturus sit uxori suae, ipso vi-  
duatae, si libidinis incontinentissimae, ad modum rationi ad-  
uersantur, Mellalinae, futura? Finge, animum militi aut equestri ordi-  
nis*

nis viro praefigere, vxorem suam post fata mariti domum suam patefacturam omnibus cupiditatibus, palamque se in meretricia via collocaturam, se ad omnes voluptates diuulgaturam, ignotam terras disiunctas peragraturam; aut, si pudicitiam quidem non sit habitura in propatulo, hanc tamen prostraturam.

Profecto exploratum habeo, nisi eiusmodi maritus sit infra infimos omnes, abiectissimi et humillimi animi, emerfus e coeno, omnium facile omnibus rebus infimus, vile atque infame corpus, caput vilissimum, nullo numero homo ac de cuius manu nolles panem accipere, vxori, se viduatae, nihil dettinabit.

Quis quæso! impetrabit a se, vt credat, virum honestatis studiosum post obitum suum induere velle personam, si non improbissimi lenonis et inuerecundissimi, saltem patroni libidinis ac rei venereae, velitque, vt ei operetur vidua, voluptatibus inquinata.

Nonne dicit HENELIO: dementius nihil esse posse ipsius doctrina! Sane BERLICHIO acclamabit: ad ineptias iuisti! Tandem ei, qui leges impudicitiae nullam poenam praescripsisse ait, respondebit: sine mentis vacans, hebes ac pecus, trunco ac stipes!

Ita rationes rectissime subducit vir honoris ac virtutis studiosus, et ei ludibrio sunt impudicitiae defensores, tamquam homines a rationis praescriptione auersi, quique vitiorum voraginem ob deficiens iuris communis disertum praeceptum impunitam statuunt.

## VIII.

IOANNES VOET in *commentario ad D. lib. XXIII. tit. 2. §. 138. p. 75. vol. 2.*

Nec euitabit, ait, mulier vidua poenas hasce (secundarum nuptiarum) si a repetitis quidem abstineat nuptiis, sed *luxuriose atque impudice* viuens extra coniugii legitimi vinculum partum edat, *nov. 39. cap. 2.*

*Impudicitiae poena ex mente Voetii,*

X.

## X.

ANTONIUS MATTHAEVUS *de criminibus* libro XXXXVIII. *Matthaei*

tit. 3. §. 24. p. 434. sq.

Dein, inquit, si locum non habeant (poenae secundarum au-  
ptiarum) an nihilominus in vidua, stuprum passa, locum  
fortiantur? - - - Video communem hanc esse interpre-  
rum sententiam, iure pontificio, viduae, stupro pol-  
lutaе, poenas iuris ciuilibus nequaquam remissas esse,  
quum pontifices iis solis subuenire voluerint, quae *in*  
*domino* nubunt, cap. pen. et ult. X. *de secundis nupt.*  
- - - Nec interest, vtrum ex stupro conceperit, nec ne?  
Luxuriae enim haec et libidinis, non conceptionis  
poena, vt colligitur ex *nou. 39.* in fine. Sed nec parcitur  
ei, quae post commissum stuprum stupratori nupsit.  
Nam si poenitentia fur aut raptor esse non desinit, non  
video, quomodo impudicam poenitentia tueri possit,  
L. 65. D. *de furt.*, L. pen. D. *de vi bon. rapt.* - - -  
Quod autem ad semissem bonorum, constante matri-  
monio quaesitorum attinet, eam vidua propter stu-  
prum non amittit. - - - Vt igitur concludam, in  
sententiam tot doctorum virorum non inuitus descen-  
do, in qua non leuiter me Saxones confirmant, quo-  
rum legibus (*spec. Saxon.* libro I. art. 5.) quum diserte  
cautum sit: *ein weib krænckt mit unkeuschbeit ir ebr, aber*  
*verleurt ihr erb und recht nicht*: tamen qui sunt ex iis  
potiores, id ita interpretantur, vt ex suis quidem bo-  
nis vidua propter *impudicitiam* nihil amittat; LIBERALI-  
TATE TAMEN PRIORIS MARITI PRIVETVR.

## XI.

CORNELIUS VAN ECK *in principijs iuris ciuilibus digestorum li- et Eckij:*

bro XXIII. tit. 2. p. 575. sq.

§. 92. Amittit (binuba) vsumfructum et portionem re-  
rum propter nuptias donatarum, *nou. 127. cap. 3. L.*  
*7. et autb. seq. C. de reuoc. donat.*

M

§. 93. At-

§. 93. Atque has in matre poenas etiam tum habere locum, verius est, quum, etiam si a secundis nuptiis abstineat, INHONESTE VIVIT, arg. nou. 39. cap. 2.

## XII.

Poenae secundarum nuptiarum apud nos in usu.

Poenae in secundas nuptias sancitae, et tit. C. de secundis nuptiis et nou. XXII. enumeratae, praeter infamiam, quam pontifex, in festinationem secundarum nuptiarum statutam, cap. 4. et §. X. de secundis nuptiis, sustulit, usu vigent, siquidem reliquas poenas non abrogavit, prout ipsum docet ius pontificium cap. 67. X. de appellationibus, probavitque vir eruditus EMMANUEL GONZALEZ TELLEZ in commentario ad X. libro III. tit. 21. cap. 5. §. 9. p. 334. sq. Adde coryphaeos doctorum iuris pontificii FRANCISCUM SCHMALZGRUBERUM d. tit. §. 3. iuris ecclesiastici, ANACLETUM REIFFENSTVEL d. t. iuris canonici num. 35. sq., VITVM PICHLEBRUM in summa iurisprudentiae sacrae vniuersae seu iure canonico d. t. n. 8., LVDOVICVM ENGEL in in collegio vniuersi iuris canonici d. t. p. 1040.

## XIII.

Vxoris equestris Teclenburgicae ius.

Leges feudales Teclenburgicae vxori, quae torum ingressa est, vsumfructum (leibzucht) addicunt omnium mariti bonorum, 10. PETR. DE LVDEWIG tomo II. reliquiarum MSS. p. 303:

## XIII.

De voce hystocht.

Vidualitium cum Germani tum Bataui vocabant hystocht, hystucht, vromerecht, prout eleganter docuit illustris CAROLVS OTTO RECHENBERG in memoria annuexsaria Siluersteiniana anno 1745. foras edita p. 4.



ORNA-

ORNATISSIMO ET DOCTISSIMO  
IVRIVM CANDIDATO  
CHRISTOPH. TOB. SCHMIDIO  
S. P. D.  
IO. GEORG. ESTOR.

*Epistola,  
praeter  
gratuland  
argumen-  
tum com-  
plexa, viam  
monstrat  
devitandi  
salebras,  
per quas ve-  
rum Ger-  
manicarum  
siores duce-  
re conantur  
iurium stu-  
diosos.*

**Q**ui, et Tubingae et Ienae bonis litteris et iuris-  
prudentiae operam nauasti, ac post susceptum  
iter litterarium, in quo eruditorum humanitate et  
scientia plurimum profecisti, atque varios eruditos  
que scripto es, quos es percontatus, cognouisti, de-  
mum accessisti Marburgum. Nemo TE constantius  
est me sectatus, iccirco vidi, quae ageres quotidie  
et omnes actiones TVAS propius inspexi, integrita-  
tem vitae, mores optimos ac contentionem ingenii,  
quum quid disputando de iure ciuili posses, in loco  
publico ad congressum liberalem destinato, prae-  
sens expertus fui et ipse audiui. Nemo TE flagra-  
bat maiori desiderio addiscendi IVS et FEVDALE et PV-  
BLICVM et GERMANICVM, atque scholas meas crebrius  
interuisebat, nemo diligentius rationes et argumenta  
exquirebat, nemo de mediis, ad interiora harum ar-  
tium perducentibus, magis cogitauit, nemo denique  
constantius si o inhaesit proposito, publicum edendi  
hoc specimen. Non neglexisti tamen reliquas legi-  
timae scientiae partes. Siue enim de iure ciuili ad  
digesta praeceperem, siue de iure canonico traderem,

*Schmidius  
hic valde  
boneste se  
gestit.*

M 2 siue



siue de arte disceptandi in foro, praesertim in imperii tribunalibus augustis adderem, et de elaborandis actis iudicialibus admonerem, atque te, cum aliis, exercerem, siue denique ad ius Germanicum, clientelare ac publicum commentarer, primus adfuisi, eadem assiduitate continuasti, ac numquam, ne leuissime quidem, ab hoc officio discessisti.

Peccant, qui, negligendo ius civile, rebus patriis tantum incumbunt, et versa vice.

Laus rerum patriarum.

His hic meminimus difficultatibus, quas in historia ecclesiastica offensus sit IO. LAUR. DE MOSHEM.

Vitia, quae scriptoribus rerum Germanicarum adfinguntur.

Praeter iuris ciuilis et rerum forensium studia, quae cunctis merito praetulisti, res patriae, in primis iura, Germanicum, feudale et publicum, vt dixi, vehementer tibi semper placuerunt. Egregium quiddam, recte inquit IACOBVS FACCIOLATVS orat. ad historiam, ac dignitatis plenum, maiorum nostrorum memoriam reuocare, regimina, fata ad iurisprudentiae vsum, perlustrare, eiusque initia, incrementa, propagationem intueri. Quapropter et in argumento, ex vetusti Germanici imperii moribus depromto, vires ingenii experiri apud animum constituisti, abstruso quidem illo, et, vt sunt pleraque antiqua, caliginoso ac perdifficili, vtilissimo tamen et digno hofmine, qui iurisprudentiae se deuouit. Eadem rerum patriarum studiosos manent fata, quae experientur historiae sacrae cultores. Sunt, qui patriarum rerum scriptores, si non omni fraudum et malarum artium genere instructos, veritatis tamen haud studiosos fuisse, audacter perhibent. Sunt, qui monachos, artium bonarum ignaros ac rudes, qui sine humanitate, ingenio ac iudicio erant, quidquam eorum, quae tradiderunt, intellexisse, negant. Sunt denique qui legistatores barbaros ac bardos fuisse clamitant,

tant, quorum leges tamen ne salutarint quidem; illas tamen ad Aborigines vel Abderitanos, qui stuporis et infaniae nomine in fabulam abiere, amandant. Et quo canone, aiunt, quove duce per ea tempora ibis, quae omni litterarum luce carent? Quis te reget in iis tenebris, in quibus magna rerum ignorantio, et ex ignoratione error, exiguum sacri et profani discrimen, quaedam veluti nox Europae offusa, in qua vix oculatissimi versari possunt? At his fecit factis disertum illud Italiae suae ornamentum IACOBVS FACCIOLATVS in oratione ad historiam. Franguntur eorum, qui rerum patriarum studium spernunt ac pro nihilo ducunt, impetus, si ipsis venit in mentem illius, quod diuus IUSTINIANVS in *pr. institutionum de officio iudicis* praecepit: „et quidem, ait, in pri-  
 „ mis illud obseruare debet iudex, ne aliter iudicet, *Necessitas  
 „ quam quod legibus, aut constitutionibus aut mo-  
 „ ribus proditum est.* „ Eam ob causam iudicem, *studii iuris  
 „ non autem sub libera republica praetorem, Germani-  
 „ sub caesaribus vero utrumque oportebat iurare, ci.*  
 „ se iudicaturum secundum leges scriptas et NON  
 „ SCRIPTAS, v. c. EVERARDVS OTTO ad *institutiones*  
 „ P 599. THEODOR. REGNER. DE BASSONN de *iureiuran-*  
 „ do *veterum* p. 175. sqq. in primis NIC. HIER. GVND-  
 „ LING in *praefatione ad digesta*. Ergo illae causae,  
 „ quas plane ignorarunt Romani, adeoque iura ciuilia  
 „ de iis silent, secundum mores terminandae. Ne di-  
 „ cam, praeter IO. GOTTL. HEINECCIUM in *praefamine ad*  
 „ *elementa iuris Germanici*, τὸν πρῶτον HVGONEM GROTIUM *Elogium*  
 „ iam verba fecisse pro sapientia et iustitia legum Ger- *Grotii.*  
 „ manica-

*Sapientia  
LL. Ger-  
manica-  
rum.*

*Lubricum,  
quod huic  
arti obmo-  
uetur, quo-  
modo su-  
perandum?*

*Cautio de  
vitis san-  
ctorum.*

manicarum in *prolegomenis ad scriptores Gothicos*. Is autem, iudice IACOBO PERIZONIO erat summus viro- rum, quiqui fuerunt, quiqui deinceps erunt. Tenebrae interea, immo officinae, quas Bartolistae struunt iuri Teutonico, dispellendae. Etenim in antiquis rebus Germanorum compluribus maxima est obscuritas. Sed hanc caliginem diligenti et assidua cultura historiae ac monumentorum Germanicorum discutimus; hac tamen addita cautione, ne temere reiiciantur, quae moribus ac sententiis aetatis nostrae, ad decempedam Romanam dimensae, haut concinunt; ne curremus argumenta haec: „ monachi vel scriptoris, „ qui eiusdem est temporis (coaeuos vocant) relatio est absurda; ergo falsa: clerici veteres erant „ bambaliones et non sapientes et ne mediocri quidem ingenio praediti: „ ergo sunt mentiti: „ Haec „ *pisaensis* ab vno tantum scriptore memoriae est prodita; ergo in fabularum numero ponenda: „ hoc nemo aequalium scriptorum est testificatus; ergo numquam contigit id factum: „ id aduersatur moribus nostris et sine horrore non legitur: „ ergo ei fides deneganda. Hic pyrrhonismus historicus praeter speciem, solidi nihil habet, obseruante FRIDERICO GVILIELMO BIERLINGIO *de pyrrhonismo historico*. Interim, supra quam dici potest, rebus patriis nocuit, et multos in eum adduxit statum, vt, quae de legibus Germanicis praeis feruntur, idem esset, ac lectores, cum fabulis mirabilibus atque ineptis pascere. Alia profecto est ratio vitarum sanctorum, vt vocantur, quae mendacis et fabulis refertae, et res continent, quas nemo



nemo gessit. Illis enim, quibus sacra quaedam societas vitam heroum suorum conscribendam locauerat, necessitas fallendi et miracula ficta veris addendi simul erat imposita, docente IO. LAVNOIO tomo II. *operum* parte I. Ne dicam de piis fraudibus infinitis, quibus saeculo IIII. tarditas et ignorantia plebis iam coepit deludi, docente IO. LAVR. DE MOSHEM p. 313. *historiae christianae antiquioris.*

Vbique duae regulae, quas I. d. IACOBVS FAC-*Filium* CIOLATVS commendauit, ante oculos diu noctuque *Ariadne-* habendae. *um.*

- I. Si quid in antiquis monumentis obscurum perplexumque erit; recte iudicandi studio valentes interpretes sunt.
- II. Si narratio narrationi opponitur, hoc primum ius esto; qua quis aetate quoue loco vixit eius aetatis locique historiam scribenti fidem habeto. Tum, qui proxime vixit consulito; ab aliis cauet.

Equidem haut ignoro, iam saeculi V. (inde ab *Barbaries* Honorio A.C. 473. fqq.) eam fuisse infelicitatem ob *saeculi V.* barbararum gentium incurfiones, vt magnorum ingeniorum penuria laborauerit ista aetate Europa, quae flori rei et faecrae et ciuilibus vehementer obstitit, quo minus tot ceperit fructus, quot et quantis egebat. Plerorumque mentes tanta superstitio anilis et contaminata ignorantia occupa- *et supersti-* uerat, *tio.*

nerat, ut ipsum imperatorem presbytero vilio-  
 rent, et qui ingenio praediti ac dexteritate, item-  
 que prae ceteris valebant scribendi aut dicendi facul-  
 tate, quantulacumque erat, illi non homines sed dii  
 videbantur, IO. LAVR. DE MOSHEM l. d. p. 378. sq.  
 At erga bonas litteras semel conuulsis repagulis amo-  
 ris, semper in deterius fuit itum saeculo VI., nec di-  
 ci potest, quantum sordium et maximarum supersti-  
 tionum rei sacrae et ciuili sit adiectum regnantibus  
 Ostrogothorum regibus ac Longobardicis. Saeculo  
 VII. sub Longobardis et Francis Latinorum dicendi  
 genus tam erat corruptum ac tetrum, ut eius aetatis  
 ignorantiam crassam et barbariem vix satis mirari quea-  
 mus. Debemus hanc plagam mortiferam barbarorum  
 et ferocium populorum in plerasque occidentis provin-  
 cias incursionibus, quae saeculo VI. extremam fere li-  
 teris et vniuersae eruditioni perniciem attulerant. MAR-  
 CULPHI, monachi Galli, formulae publicorum prinato-  
 rumque negotiorum siue norma iudicii ad miserum rei  
 sacrae et litteratae statum illius aetatis cognoscendum,  
 haud parum conferunt. Vtilissimus quidem liber ad  
 Francias et Germanicas antiquitates illustrandas, teste  
 IO. ALB. FABRICIO libro XII. bibliothecae latinae mediae  
 aetatis p. 69.; scater tamen barbarismis et soloecismis,  
 CLAVD. SALMASIVS de lingua Hellenistica p. 23. Reges  
 ac principes viri omnia citius alia, quam litteras cu-  
 rabant. Praesules erant scientiae rudes atque indocti,  
 ac rarissimi inter eos, qui sermones poterant compo-  
 nere ipsi, quos ad populum recitarent, *histoire litte-  
 raire de la France par les moines Benedictins VII. siecle*  
 tom. III.

*Exemplo  
 sit Mar-  
 culphus.*

tomo III. p. 428. sq. Saeculo quidem VIII. CAROLVS Saeculi  
 magnus, dum vixit, incredibili studio litteras omnis VIII.  
 generis fouit et honestauit; sed bella LVDOVICI pii *fata litte-*  
 cum filiis litteris vulnus mortiferum inflixerunt, vt in *rariora*  
 fine saeculi ob Normannorum victorias pauci super-  
 essent, qui eruditorum nomen potuissent tueri. Sae-  
 culo VII. I., quo summae rerum praecerant Carolingi, et VIII.  
 barbari populi, qui sese christianis sacris adiunxe-  
 rant, a maiorum institutis se diuelli hauc patiebantur,  
 immo ceteras, quibus permitti viuebant, nationes, in  
 eandem, suo exemplo, amentiam inducebant. Exemplo  
 sint notissimi innocentiam probandi in litibus et  
 accusationibus modi, per aquam frigidam, per candens  
 ferrum, per crucem cet., 10. LAVR. DE MOSHEM p. 592. l. d.

Saeculum X. (quo gubernacula capessiuerant et X.  
 Conradus I., Henricus I. atque Ottones) omnes summa  
 barbarie constrictos tenebat. Monachorum optimi  
 animum appellebant ad historiam, crasso tamen filo  
 contexendam, adeo vt cuncti a vera historiam con-  
 scribendi ratione longissime abessent.

Saeculo XI. inde ab aetate Henrici II. ad et XI.  
 Henricum III. nondum licebat discipulis animum re-  
 ferre diuitem e scholis; reuixerunt tamen quodam-  
 modo bonae litterae.

Saeculo XII., quo Germaniam regebant Hen- et XII.  
 ricus V. vsque ad Ottonem III., ardor quidem men-  
 tis

tis inuasit Latinos ad fordes ingeniorum abstergendas bonasque artes in lucem reuocandas. Nec historici quidam indigni, qui commendentur. Interim vitae illorum, quos pontifex per apotheosin in caelum extulit, partim a dictionis nitore, partim a veteri studio quam maxime adhuc absunt.

et XIII.

Longe laetior fortuna affulsit saeculo XIII. (a temporibus Friderici II. ad Albertum I.) litteris, quum academiae vel repararentur vel aperirentur. Quamuis litterae politiores et elegantiores tantum incrementi ex his studiis haut ceperint, quantum ceterae eruditionis partes. Interim quidam sunt, quibus haud infelicis ingenii laus tribuenda.

et XIII.

Nulla regio Latinorum erat saeculo XIII., imperantibus Henrico VII. et successoribus ad Wenceslaum vsque, in qua non de prouehendis litterarum studiis et ingeniorum sordibus depellendis cogitatum et cum fructu sit laboratum. At euentus tamen non respondit vbique voto. Interea non omnes lutei erant. Iuris scientia nihil adhuc habebat, quod ingenium hominem allicere posset, strigosa potius erat et spinosa, luceque cum litterarum, tum historiae destituta.

Misera iu-  
ris Roma-  
ni facies  
bac aetate.

Vno verbo, vt CONRADVS SAMVEL SCHVRZFLEISCH parte II. *epistolarum arcanarum* p. 9. loquitur: Chryssipoo acumine contentam esse oportebat iurisprudentiam, quae tamen eget humanitatis auxilio, et debet plurimum antiquitati, atque hinc artus recipit ac neruos.

Tandem

Tandem saeculo XV. (quo regnum obtinuerant Fridericus Brunsvicensis ac reliqui vsque ad Maximilianum I.) ingenuae quidem ac liberales artes omnes, fauissimis auspiciis, ad amissam diu laudem et gloriam redierunt; verum ius publicum, beneficiarium et Germanicum situ ac multa rubigine obducta iacuerunt, donec IO. PISTORIVS, IVSTVS REBERVS, MARQVARDVS FREHERVS aliique non adeo multum patriis saeculo XVI. quantulumcumque faciem praerferrent. Frigusculum tamen tale cepit res patrias, vt asseclarum BARTOLI BALDIQVE insuavis doctrina iuris eis palmam praeriperet. Opus igitur erat medico, HERMANNO nempe CONRINGIO, qui tenui valerudini rei Germanicae, Helmstadii docens, confuleret. Hunc sequutus est CONRADVS SAMVEL SCHVRZFLEISCH, qui Vitembergae historiam Germanicam omni studio excoluit. Verum BARTOLI BALDIQVE dogmata tenebris adhuc circumfundebant lumina historica, vt horum pretia iacerent, STRYKIANA contra Halae et LYNKERIANA lenae tantum auctoritatis haberent (plurimi enim litterarum studiosi fere ex vniuersa Germania ad has academias confluere solebant) vt studia rerum patriarum subtilitates haberentur et merae iciunaeque curiositates. Et eos, quibus aliquid ingenii erat sine iudicio, effascinantur THOMASIANA, quae versabantur in adspersione iuris Romani et obrectatione institutorum protestantium, quae THOMASIVS in maximam inducebat contemtionem. Ita barbaria forensis, vt cum TVLL o loquar, et ta perniciosa diffidia suffocare conabantur instituta patria. Saeculo

et saeculo  
XV.

Restauratores rerum patriarum.

In primis Conringius, Schurzfleisch.

Strykianae et Lynkerianae officinae.

Thomasi-  
nae dogma-  
ta perni-  
ciosa.

lum hoc erat, reprimere conatus optimos, more hominum, qui in minimis, plus quam par est, prope lyncei esse volunt, in magnis autem negligentes sunt, nec praevident errores, nedum agnoscunt. Factum

*Lude vigii  
et Gund-  
lingii stu-  
dia in res  
patrias.*

*Sordes ad-  
baerent se-  
quioris ae-  
tatis scri-  
ptoribus.*

autem IO. PETRI DE LVDEWIG consiliis, quibus tamen partium studium multum obsuit, atque NIC. HIER. GVDLINGII summa doctrina et dexteritate, vtriusque mei praeceptoris, cum quibus sub eodem tecto habitavi, ut pretium rerum patriarum hoc ipso, quo viuimus saeculo XVIII., in immensum exarserit, quum iustos rerum aestimatores inuenit, et ad eorum pertinet commodum, vtilitatemque illis parit, qui causas illustres orant terminantque. Esto! e squa-lore et sordidis scriptoribus haurienda fore paria in-stituta et addiscenda, in quibus saepe secundum MAR-TIALEM libro I. epigrammate VII.

Sunt bona, sunt quaedam mediocria, sunt mala  
plura

Quae legis: hic aliter non fit, Auite, liber.

Merito dixeris, plures conscripsisse chartas Volufianas, si confusionem, quae per totum istorum opus regnat, si alioquin saepe: ridicule inserta, tamquam nugarum messem, si mendacia et commentitia prodigia, quibus contaminarunt historiam, intuearis, si stilum spurcissimum, si ceteras ineptias spectas. Verum enimvero saepe numero latent in hoc stercore aliqua auri granula, quae patriae mores mirifice illustrant, et alibi vix inuenies. Nonne P. VIRG. LIVS. MARCO plu-  
rima.

rima fumit ex ENNIO, et in sua carmina transtulit? *stercore au-*  
 Sed interrogatus, quum aliquando deprehenderetur, *rum legen-*  
 ENNII poësin legere, quid ageret? respondit: *aurum dum.*  
*se ex ENNII STERCORE colligere.* Ad haec quis con-  
 temnet aut abiiciet amoenissimum Romanae historiae  
 studium, quia historicorum Romanorum fides est su-  
 specta, prout de TITO LIVIO docuit v. c. CHRIST. *Naevis Li-*  
 GOTTL. IOECHER *de suspecta Livii fide*, siquidem hic *uis*  
 superstitione, credulitate, nimis dubitationibus, va-  
 riis contradictionibus, erroribus temporum, rerum  
 necessariorum intermissione, partium studio in popu-  
 lum Romanum, dissimulatione dedecorum, laudati-  
 one vituperandorum laborat. Ideo tamen ob utilis-  
 sima, quae continet, e manibus historiae studioso-  
 rum minime eripiendus, sed potius assiduae ipsius le-  
 ctioni sedulo est commendandus. Taceo CORN. TA-  
 CITVM, qui senatorum fautor in odium Tiberii ac  
 populi scripsit, observante CHRIST. AD. RUPERTO *ad sym-* *et aliorum*  
*opsin Besoldi.* De HERODOTO, XENOPHONTE ceteris *historico-*  
 que Graecis dicunt, poetarum similes esse. THUCYDI- *rum Grae-*  
 DES ad mentiendum quidem minus aptus, obscurita- *corum ac*  
 te sermonis tamen veritatem obnubit. Ex latinis Li- *Romano-*  
 vivs supersticiosus; C. SALLVSI IVS vetustatem affectans; *rum.*  
 CAESAR gloriosus, CVRTIVS mendax; FLORVS est de-  
 clamator. Ideo, ni totam euertere velis historicant  
 fidem, scriptores sequioris aetatis augustae, quam  
 medium vocant aeuum, nusquam despiciendi, ad eru-  
 endos patrios mores atque collustrandos; siquidem  
 ius publicum, clientelare et Germanicum priuatum cum  
 historia sunt arctissime coniuncta, ex qua fontes illius  
 N 3 manant,

manant, et vltima tam necessarii in fortuna publica studii principia capitaque repetuntur.

*Leges imperii iubent, nos addiscere ius Germanicum.*

Sufficit, ipsas Germanici regni constitutiones patriorum morum notitiam disertissimis verbis requirere a iudicibus v. g. *recessus imperii*, anno 1654. conditus, §. 105., *recessus visitationis* tribunalis Wezlarientis §. 15. atque caesaris, ab electoribus in nouissima capitulatione adprobata constitutio de iudicio imperii aulico, *reichshofrathsordnung* tit. I. §. 15.

*Occasio lauius excursionis.*

At quid TE, suauissime SCHMIDT, his, quae occasione communis amici dixi, quem ob amorem erga res patrias vir purpuratus summaeque dignitatis plurimis verbis malis obiurgauerat, moror, quum fidelissimi TVI praeceptores, academiae Tubingenis decora et amica nomina WOLEGANGVS ADAMVS SCHOEPPF, IO. IACOBVS HELFFERICH, CHRISTOPHORVS FRIDERICVS HARPPRECHT ET IO. FRIDERICVS MOEGLING, olim Gießae collega coniunctissimus, praeiudicatarum opinionum radices, e quibus odium in res patrias germinat, ex animo TVO iam dudum euulserunt.

*Laudantur Schmidii praeceptores.*

*Elogium Caroli Eu-*

Spero interim fore, vt TVA diligentia, neutiquam vulgaris, neque cum mediocri studio coniuncta, breui TE ab aliis distinxerit, atque in publica honoris sede collocauerit. Enimvero ad gubernacula Wirtembergica sedet CAROLVS EVGENIVS dux, auctus ornamentis, quibus antehac diuisae maiorum virtutes



virtutes, coiuertunt ac mixtae sunt, qui ipsos annos *ma-* *geni ducis*  
 ximamque hominum expectationem, accelerato *vir-* *Wartem-*  
 tutis gradu, superat. Sat est dixisse, illum praeci- *bergici*  
 pue potentissimum Borussiae regem FRIDERICVM *ac Fride-*  
 II., incorrupto omnis posteritatis iudicio, MAGNVM, *rici II. re-*  
 sibi conciliauisse. In tanti principis conspectu et fa- *gis Borus-*  
 miliari consuetudine excellenter didicit, quae princi- *siae, a quo*  
 pem deceant, ac principatu dignum reddant. Hac *ille regnan-*  
 summi magistri voce disciplinaque inter documenta *di artes di-*  
 sapienter dictorum praeclareque factorum feliciter *dicat.*  
 adoleuit. Hisque innutritus, indolem moresque tam  
 egregie finxit, vt de re publica Teutonum ac de sua  
 Wirtembergia saluberrimis mereatur consiliis atque  
 virtuti sua statuat praemia. Ferdinandi Medicei se-  
 quutus exemplum, de quo prudentissimus et elo-  
 quentissimus DANIEL EREMITA, pulchrum, ait,  
 erat videre in honoribus, ab ipso petendis, non am-  
 bitu, non amicorum ope, non opum suffragiis, non no-  
 bilitatis pretio, sed sola virtutis commendatione cer-  
 tari. Sub tanti DVCIS auspiciis fortunet summum Nu-  
 men TVAS res, vt TIBI in vitae luce maior, acade-  
 mico, campus, in quo industria TVA excurrat, ape-  
 riat, quo perpetuam laudis segetem habeas, et in  
 rebus multo grauioribus vim animi deinceps et lu-  
 men quoddam patriae ostendas.

*Optimis  
omnibus  
prosequor  
Schmi-  
dium.*

Id vero, vt eueniat, pro ea, ac meretur exqui-  
sita TUA doctrina et mentis integritas, vehementer  
cupio, et magnam simul ac perpetuam felicitatem  
TIBI, pro meo in TE amore, exopto.  
Marburgi die XXX. Martii A. R. G.  
c1610ccxxxviii.





**W**er so, geehrter Freund, wie Du den Fleis geliebt,  
Und von Gelehrsamkeit so ächte Proben giebt,  
Der wird, mit Ruhm belohnt; Drum kan Dein Beyspiel zeigen,  
Wie man mit frischem Muth auf den Catheder steigen,  
Und nach erfochtnem Sieg ihn froh verlassen soll.  
Leb stets vergnügt, mein Freund, gelehrter Schmid, leb  
wohl!

Carl Andreas von Wiefenhütten,  
aus Franckfurt am Mayn.  
Opponens.

**W**erther Freund! da Du mich ehrest,  
Und anheut von mir begehrest,  
Daß ich Verse schreiben soll,  
So bin ich noch Zweifels voll.  
Denn will ich den Fleis erheben,  
Dem Du Dich so sehr ergeben,  
So sprichst Du gleich hierzu: Nein,  
Du wilst nicht gelobet seyn.  
Oder rühm ich Deine Sitten,  
Die den Tadel nie erlitten,

D

So

106

So will die Bescheidenheit,  
Die mich stets in Dir erfreut,  
Gleichfalls, daß ich hiervon schweige,  
Drum genug daß ich hier zeige,  
Wie ich Dir in meinem Sinn  
Jederzeit ergeben bin.

Sylvius Friedrich Ludwig von  
Franckenberg.

**S**ach dem Sprichworte ist ein jede  
Seines Glücks selbst eigner Schmid.  
Auch allda heists: Sey ein Thäter,  
Und arbeite selbst mit,  
Wilt du nicht dein Pfund vergraben,  
Und zuletzt den Ausspruch haben:  
Ey du faul und böser Knecht,  
Wie bestehst du so schlecht?

**S**erebgeschätzer Schmid dies scheint  
Und kommt mir unleugbar für:  
Wies Dein Herz mit andern meinet,  
So meinst Du es selbst mit Dir.  
Darum die Dich näher kennen,  
Dich auch hierinn glücklich nennen  
Wenn sie sagen: unser Freund,  
Ist von Seinem Glück kein Feind:

Dem

Denn Er hat die schöne Gaben,  
 Womit Gott und die Natur  
 Ihn so wohl versehen haben,  
 Nützlich angewandt. Die Spur  
 Und den nicht geringen Segen  
 Findt man wie in diesen Bögen,  
 So vielleicht in kürzer Zeit  
 Auch in Seinem Glück bereit.

Freund, daß ich auch Theil dran nehme,  
 Braucht zwar kein Versicherungswort:  
 Doch, wenn Wünschen hülf so käme  
 Heut Dein Glückschiff in den Port,  
 Den Du mit so vielem Fleiß,  
 Während der bisshergen Reise  
 Der Gelehrsamkeit und Zucht,  
 Als ein Themis Sohn gesucht.

Hierdurch wolte seinem werthebesten Freunde  
 und Gönner zu diesem herrlichen *specimine*  
*academico* gratuliren und alles wahre Wohl  
 ergeben von Herzen anwünschen

J. N. Schwendler.  
 aus dem Hennebergischen.

Oder Schmid! ich sollte billig jezo Deinen Ruhm be-  
 singen,  
 Doch ein solches Loblied müßte besser als das meine klingen,  
 Und

Und was braucht es endlich auch, daß man sich darum  
bemüht?

Weiß es doch ein jeder schon wer nur diese Blätter siehet,  
Als worinnen alle Zeilen auf des Hindus Spitze steigen,  
Und Verstand und Geist und Leben und Gelehrsamkeit bezeigen.

Hiermit empfehle ich dem Hochgebo-  
resten Herrn Respondenten, als seinem  
wehrtesten Freunde

Desselben  
gehorsamster Diener

Carl Philipp Kopp  
der R. B.

O p p o n e n t.

Sonetto.

**D**escrivere vorrei, mà non sò come,  
E di qual energia la lode Vostra;  
La mia penna imbecille si mostra,  
E debole rimane al Vostro Nome.  
Per dar' di Voi una idea sublime  
S'ora vorrei impegnare ogni cura,  
Pur' non ne darei, ch'una molt'oscuro;  
Perchè non s' inchiude in poche rime.  
E se un Uom' di Voi parla tant' alto,  
Ch' è tanto rinomato trà viventi:  
Certo tacer' debb' io debole parto.  
Sciolgo la voce in questi pochi accenti:  
O amico amato e riamato,  
V' abbraccio coi Vostri gran' talenti.

In Segno, di vera Cordialità ed  
amore

FRED. GVGL. HERMANN

St. delle LL.

F I N I S.







Morbung, Diss., 1747/48

TA-OL


ULB Halle

3

004 791 290







C.L.z.  
662. 10  
1748, 1 b

OBSERVATIONES FEVDALES ET IVRIS  
GERMANICI AC FORENSES  
DE  
IVRIBVS QVIBVSDAM  
**VIDVARVM MVLIERVM  
EQVESTRIVM**

RATIONE  
AMITTENDI VITALITII DOTALITII  
ITEM  
DE VERA NOTIONE VOCIS LEIBZVCHT DE DONATIONE  
PROPTER NVPTIAS PORTIONE STATVTARIA ET  
ADQVAESTV CONNVBIALI

QVAS  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO ET CELSISSIMO PRINCIPE  
AC DOMINO

**DOMINO FRIDERICO**  
HASSIAE LANDGRAVIO, RELIQ.

P R A E S I D E  
**IOANNE GEORGIO ESTORE**

ICTO CONSILIARIO REGIMINIS ET  
ANTECESSORE

PVBLICE PROPONET

A. ET R.

**CHRISTOPHORVS TOBIAS SCHMID**

FREVDENSTADIO WIRTEMBERGICVS.

DIE FEBRVAR. A.R.S. c1616CCXXXVIII.

M A R B V R G I  
TYPIS MVLLERIANIS.

